f Ed fortasse cū dicit̄ iusta vel magna vl' aliq̄d similiū: non ostēdit̄ q̄d sit sed poti⁹ qualis vel quāta sit. Per qualitatē q̄ppe vel quātitatē qđlibet hoꝝ dici videt̄. Omne nāq̧ qđ iustū est per iusticiā iustum est: ꝛ alia hmōi simil'r. Quare ipa sūma natura nō ē iusta nisi p iusticiā. Videt̄ igit̄ pticipatione q̄litatis iusticie scȝ iusta dici sūme bona sb̄stātia: qđ si ita est: p aliud ē iusta nō p se: aut hoc ꝯtrariū est veritati pspecte: q2 bona vel magna vl' subsistēs qđ est oīno p se est nō per aliđ. Si igit̄ nō ē iusta nisi p iusticiā nec iusta pōt eē nisi p se: q̄d mag' pspicuū: q̄d mag' necessariū q̄ȝ q̧ eadē natura ē ipa iusticia? Et cū đ2 eē iusta p iusticiā: idē ē qđ p se: ꝛ cū iusta p se đ2 eē: nō aliđ itelligit̄ q̄ȝ p iusticiā. Quapropt̄ si q̄rat̄ q̄d sit ipsa sūma natura đ q̄ agit̄: q̄d v̄i⁹ rn̄det̄ q̄ȝ iusticia? Vidēdū igit̄ quō itelligendū sit qn̄ illa natura que est ipa iusticia dicit̄ iusta. Qm̄ em̄ hō non pōt esse iusticia: iusticiā aūt habere potest. Nō em̄ intelligit̄ iust⁹ homo existēs iusticia sed habens iusticiā. Qm̄ igit̄ summa natura nō ꝓprie dicit̄ iusta q2 habet iusticiā: sed existit iusticia: cū dicit̄ iusta ꝓprie intelligit̄ existēs iusticia: nō aūt habens iusticiā: quare si cū dicit̄ existēs iusticia: nō dicit̄ qualis est: s3 quid est: cōsequit̄ vt cū dicit̄ iusta: nō dicat̄ q̄lis sit s3 q̄d sit. Deinde qm̄ de illa suprema essentia idē est dicere q2 est iusta ꝛ q2 ē existēs iusticia: Et cū dicit̄ est existens iusticia: non est aliud q̄ȝ est iusticia: nihil differt in illa siue dicat̄ ē iusticia siue ē iusta. Quapropter cū querit̄ de illa q̄d sit: non est min⁹ cōgrue respondere iusta q̄ȝ iusticia. Qđ v̄o i exēplo iusticie ratū esse cōspicit̄: hoc de oībus que similiter de ipsa summa natura dicūt̄ intellectus sentire p rationē cōstringit̄. Quicq̄d igit̄ eoꝝ de illa dicat̄: nō qualis vel quāta sed magis q̄d sit monstrat̄. Sed palā est q2 qđlibet bonū summa natura sit: sūme illud est. Illa igit̄ est summa essentia: summa vita: sūma ratio: sūma sal⁹: sūma iusticia: sūma sapientia: sūma veritas: sūma bonitas: sūma magnitudo: sūma pulchritudo: summa immortalitas: summa incorrūptibilitas: summa imutabilitas: sūma beatitudo: sūma et'nitas: sūma ptās: sūma vnitas: qđ nō est aliud q̄ȝ sūmū ens summe viuēs ꝛ alia similiter.

Q2 ita sit simplex vt oīa que de eius eēntia dici possūt: vnū idemq̧ sint i illa: ꝛ nihil de ea dici possit substātialiter nisi i eo qđ quid est: Caplm. XVI.

q Uid ergo si illa summa natura tot bona est: erit ne cōposita tot pluribus bonis: an potius nō sunt plura bona: sed vnum bonum tam pluribus nominibus significatum? Omne em̄ cōpositū vt subsistat indiget his ex quibus cōponit̄: ꝛ illis debet quidē qđ est: q̄a q̄cq̄d est per illa est: ꝛ illa qđ s̄t̄ p illud nō sūt: ꝛ iccirco penitus summū nō est. Si igit̄ summa natura illa cōposita ē ex plurib⁹ bonis: hec omnia que oī cōposito insūt in illā incidere necē ē. Qđ nefas falsitat' apta rōe destruit ꝛ obruit tota q̄ supra patuit necitas v̄itat'. Cū igit̄ illa natura nullo mō cōposita sit: ꝛ tn̄ oīmō tot

illa bona sit: necesse ē vt illa oīa nō
plura ſ; vnū sint. Idē igit̄ ē q̄dlibet
vnū illoꝝ qđ oīa sunt simul siue sin/
gula: vt cū dicit̄ iusticia vel essentia
idē significat qđ alia vel oīa simul
vel singl'a. Quēadmodū itaqꝫ vnū
est quicquid essentialr̄ de sūma sub/
stātia dicit̄: ita ipa vno mō: vna cō/
sideratiōe est quicquid ē essentialr̄.
Cū em̄ aliquis hō dicat̄ et corp⁹ et
rōnalis ꝛ hō: nō vno mō vel consi/
deratiōe hec tria dicitur. Scđm aliđ
em̄ est corp⁹: ꝛ scđm aliud est rōna/
lis: ꝛ singulū hoꝝ non est totū id qđ
est homo. Illa vero summa essentia
nullo mō sic est aliquid vt illud idē
scđm aliū modū aut scđm aliā cōsi/
deratiōnē nō sit: qꝛ quicq̄d aliquo
mō essentialiter est: hoc est totuꝫ qđ
ipsa est. Nihil igit̄ qđ de eius essen/
tia vere dicit̄ in eo qđ qualis vl' q̄n/
ta: ſ; ī eo qđ quid est accipit̄. Quic/
quid em̄ est: vel quale vel q̄ntū est:
et aliud in eo qđ quid est: vnde non
simplex sed cōpositū est.

Qꝫ sit sine principio ꝛ si/ne fine: Caplm. XVII.

Ex q̄ igit̄ ſ; tā simplex natu/
ra creatrix ꝛ vigor oīm fuit
vel vsqꝫ q̄ futura est: an po/
tius nec ex quo nec vsqꝫ quo est: ſ; si/
ne ꝑncipio ꝛ sine fine est. Si enī ꝑn/
cipiū habet: aut ex se vel ꝑ se hoc ha/
bet aut ex alio vel ꝑ aliud aut ex ni/
hilo vel ꝑ nihil. Sed ꝯstat per veri/
tatē iā ꝓspectā: qꝛ nullo mō ex alio
vel ex nihilo vel ꝑ aliud vel ꝑ nihil
est. Nullo igit̄ mō ꝑ aliđ vel ex alio
aut ꝑ nihil vel ex nihilo initiū sorti/
ta est. Ex seipso vero vel ꝑ se initiuꝫ
habere nō pōt quāq̄ ex seipsa ꝛ per
seipsā sit. Sic em̄ ē ex se ꝛ ꝑ se vt nul/
lo mō sit alia essentia q̄ est ꝑ se ꝛ alia
per quā ꝛ ex qua est. Quicquid aūt
ex aliq̄ vel ꝑ aliq̄d incipit esse nō est
oīno idē illi ex q̄ vel ꝑ qđ incipit eē.
Sūma igit̄ natura nō īcepit ꝑ se vl'
ex se. Qm̄ igit̄ nec per se nec ex se nec
ꝑ aliud nec ex alio nec ꝑ nihil nec ex
nihilo habet ꝑncipiū: nullo mō ha/
bet ꝑncipiū ſ; necꝫ finē habebit. Si
em̄ finē habitura est: nō est sūme im/
mortalis nec summe incorruptibil': ſ;
constat qꝫ est summe īmortalis ꝛ in/
corruptibilis: nō habebit igit̄ finē.
Amplius: si finē habitura est: aut
volens aut nolens deficit. Sed pro
certo nō est bonū simplex cuius vo/
luntate perit sūmmū bonū: At ipsa
est verū ꝛ simplex bonum: quare sua
spōte nō deficiet ipa: qm̄ certū est eē
summū bonū. Si vero nolēs peritu/
ra est: nō est sūme potēs nec omni/
potēs: ſ; rōnis necessitas asseruit eā
sūme potentē esse ꝛ oīpotentē. Nō
g̊ nolēs deficiet: quare sic nec volēs
necꝫ nolens sūma natura finē habe/
bit: nullo mō finē habebit. Ampli⁹:
si illa sūma natura ꝑncipiū habebit
vel finē: nō est vera eternitas: quod
supra inexpugnabilit̄ inuētū ē. De/
inde cogitet q̄ potest qn̄ incepit aut
qn̄ nō fuit hoc veꝝ: scilicet qꝛ futuꝝ
erat aliq̄d: aut qn̄ desinet ꝛ nō erit ſ;
verū: scilicet qꝛ p̄teritum erit aliq̄d.
Quod si neutꝝ hoꝝ cogitari potest
ꝛ vtrū qꝫ hoc verū sine veritate esse
nō potest: impossibile est vl' cogitari
qꝫ veritas ꝑncipiū vel finē habeat.
Deniqꝫ si veritas habuit ꝑncipiū
vel habebit finem anteq̄ ipa incipe/
ret: veꝝ erat tūc qꝛ nō erit veritas: ꝛ
postq̄ finita erit: veꝝ erit tūc qꝛ nō
erit veritas. At qꝛ veꝝ nō pōt esse
sine veritate: erat igit̄ veritas anteq̄
esset veritas: ꝛ erit veritas postq̄ fi/
nita erit ꝟitas: qđ incōueniētissimū
est. Siue igit̄ dicat̄ veritas habere: si/
ue intelligat̄ nō habere ꝑncipium vl'
finē: nullo mō claudi pōt ꝟitas ꝑn/
cipio vl' fine: q̄re idē sequit̄ de sūma
natura quia ipa summa veritas est.

Quō nihil fuit ante aut erit post illā: Ca. XVIII.

Sed ecce iterū īsurgit nihil: ꝛ
quecūqꝫ hacten⁹ ratio in ve/

ritate ⁊ necessitate concorditer a te/ stātib⁹ dissernit: asserit esse nihil. Si eñ ea q̄ supra digesta sūt necessarie veritatis munimine firmata sūt: nō fuit aliq̄d ante summaȝ essentiā nec erit aliq̄d post eā: q̄re nihil fuit ante eā ⁊ nihil erit post eā. Nā aut aliq̄d aut nihil necesse est p̄cessisse vel subsecutuꝝ eē. Qui āt dic̄ q̄ȝ nihil fuit ante ipam ⁊ nihil erit post ipsam: id pronūciare videt̄ quia fuit ante ip/sam quando nihil erat: ⁊ erit post ipsaȝ qñ nihil erit. Qñ ergo nihil erat illa nō erat: ⁊ qñ nihil erit illa n̄ erit: Quō ergo nō icepit ex nihilo: aut q̄ modo n̄ deueniet ad nihilū si illa nōdum erat cū iam erat nihil: ⁊ eadem iam non erit: tamē adhuc erit nihil? Quid ergo molita est tāta moles argumentoꝝ: si tam facile demoliunt̄ iteꝝ in nihilum molimina eoruȝ? Si namq̧ ꝯstituit̄ vt summū esse nihilo ⁊ p̄cedenti succedat ⁊ subsequēti decedat: quicquid supra statuit veꝝ necessitate destituit̄ p inane nihilum. An potius repugnādū est nihilo ne tot structure necessitate rōnis a nihilo expugnent̄: ⁊ summū bonuȝ q̄d lucerna veritatis quesitū ⁊ inuentū est: amittat̄ pro nihilo? Potius igit̄ asserat̄ si fieri potest q̄ȝ nihil nō fuit ante summā essentiā nec erit post il/lā: q̄ȝ dū locus dat̄ ante vel post il/lam nihilo per nihilū reducat̄ ad nihilum illud esse q̄d per seipsum conduxit id quod erat nihil ad esse. Duplicem namq̧ vna ꝓnūciatio gerit sentētiā: cū d̄r: q̄ȝ nihil fuit ante summā essentiam. Unus eñ est eius sensus: quia pri⁹ q̄ȝ sūma essentia eēt fuit cū erat nihil. Alter vero eius ē intellectus: q̄ȝ ante summā essentiaȝ nō fuit aliq̄d: veluti si dicā: nihil docuit me volare. Hoc aūt sic exponā: q̄ȝ ipȝ nihil q̄d signat nō aliq̄d docuit me volare: ⁊ erit falsuȝ: aut q̄ȝ nō docuit me aliq̄d volare: q̄d est verū. Prior itaq̧ sensus est: quē sequitur supra tractata incōuenientia: ⁊ omi moda ratione ꝓ falso repellit̄. Alt̄ vero est q̄ superioribus ꝑfecta coheret ꝯuenientia: ⁊ tota illoꝝ ꝯtextiōe verus esse cōpellit̄: quia cū dicit̄ nihil fuit ante illā: s̄m posteriorē intellectū accipiendū est: nec sic est exponendū vt intelligat̄ aliqñ fuisse qñ illa nō erat ⁊ nihil erat: sed ita vt intelligat̄ quia ante illā nō fuit aliq̄d. Eadem rō est duplicis intellectus si nihil dicat̄ post illā esse futuꝝ. Si ergo hec interp̄tatio que facta est de nihilo diligent̄ discernit̄: verissime nec aliq̄d nec nihil summā essentiam aut p̄cessisse aut subsecuturuȝ esse: ⁊ nihil fuisse ante vel post illā esse s̄bsecutuꝝ ꝯcludit̄: Etem̄ nulla iā ꝯstitutorū soliditas vili inanitate ꝯcutit̄.

Q̄ȝ illa sit in omni loco ⁊ tēpore: Capl̄m XIX.

Qamq̧ aūt supra cōclusum sit q̄ȝ creatrix hec natura vbiq̧ ⁊ i omnib⁹ ⁊ ꝑ oīa sit: ⁊ ex eo q̄ȝ nec incepit nec desinet esse ꝯsequat̄ q̄ȝ semꝑ fuit ⁊ ē ⁊ erit: sentio tñ quiddā cōtradictionis submurmurare: q̄d me cogit diligenti⁹ vbi ⁊ qñ illa sit indagare. Itaq̧ summa essentia aut vbiq̧ ⁊ semꝑ ē aut tātū et alicubi ⁊ aliquādo aut nusq̄ȝ ⁊ nunq̄ȝ: Q̄d dico aut in omni loco vel tēpore aut determināte in aliquo vl̄ in nullo. Sed q̄d videt̄ repugnātius: q̄ȝ vt q̄d v̄issime ⁊ sūme est: id nusq̄ȝ ⁊ nūq̄ȝ sit? Falsum est igit̄ illā nusq̄ȝ ⁊ nunq̄ȝ esse. Deinde quomō nulluȝ bonū nec penitus aliquid est sine ea si ipsa nusq̄ȝ vel nunq̄ȝ est: nusq̄ȝ vel nūq̄ȝ aliq̄d bonū est: ⁊ nusq̄ȝ vl̄ nūq̄ȝ omnino aliquid est? Q̄d q̄ȝ falsum sit nec dicere op⁹ ē. Falsū igit̄ ē ⁊ illud q̄d illa nusq̄ȝ aut nūq̄ȝ sit. Aut ē ergo determinate alicubi ⁊ aliquando aut vbiq̧ ⁊ semꝑ. At si determinate est in aliquo loco vel tempore: ibi ⁊ tūc tm̄ vbi ⁊ qñ ipa ē: pōt aliq̄d esse. Ubi vero ⁊ qñ ipsa nō est: ibi et tunc penitus nulla est essentia: quia

sine ea nihil est: vnde ꝯsequetur vt sit aliquis loc⁹ ꝛ aliquod tẽpus vbi ꝛ quando oĩno nihil est. Quod quoniam est falsũ: ipe nã qꝫ loc⁹ ꝛ tẽpus ipm aliquid est: non põt eẽ sũma natura alicubi vel aliquando determinate. Quod si dicatur determinate ipsa p se alicubi ꝛ aliquando est: sed p potentiam suam est vbiqꝫ vel quãdocũqꝫ aliquid est: nõ est verum: quoniam enim potentiã eius nihil aliud quam ipsam esse manifestũ est: nullo modo potẽtia eius sine ipsa est. Cum ergo nõ sit alicubi vel aliquando determinate: necesse est vt sit vbiqꝫ ꝛ semp: id est in omni loco vel tpe.

Quod in nullo sit loco aut tẽpore. Caplm. XX.

Quod si ita est: aut tota est in omni loco vel tpe: aut tantũ quelibꝫ ps eius: vt altera ps sit extra oẽm locũ ꝛ tẽpus. Si vero partim est ꝛ partim nõ est in oĩ loco vel tẽpore: partes habet: quod falsum est. Nõ igitur partim est vbiqꝫ ꝛ semper: aut enim sic est intelligendũ vt tota simul sit in oĩbus locis vel tẽporibus ꝛ p partes in singulis: aut sit vt tota etiã in singulis. Verũ si p partes in singulis est: nõ effugit partiũ cõpositionẽ ꝛ diuisionẽ: quod valde alienũ a summa natura inuentũ est. Quapropter nõ est ita tota in omnibus locis vel tẽporib⁹ vt p partes sit ĩ singulis. Restat altera pars discutienda: scilicet qualiter summa natura sit tota in omnib⁹ ꝛ singulis locis vel tẽporib⁹. Hoc nimirũ esse nõ potest nisi aut simul aut diuersis tẽporib⁹. Sed quoniam ratio loci aut ratio tẽporis quas hactenus simul progressas eisdẽ vestigijs vna potuit indagare ꝓsecutio: hec ab ĩuicẽ digrediẽtes disputationẽ videntur diuersis quasi fugere anfractib⁹: singillatim suis inuestigentur discussiõib⁹. Primũ ergo videatur si summa natura tota possit esse in singulis locis aut simul aut p diuersa tẽpora. Deinde idipm in tẽporibus inquiratur. Si igitur tota est simul in singulis locis: p singula loca sunt singule tote. Sicut enim locus a loco distinguitur vt singula loca sint: ita id quod totũ est in vno loco ab eo quod eodem tẽpore totũ est in alio loco distinguitur vt singula tota sint. Nã quod totũ est ĩ aliquo loco: nihil ei⁹ est quod nõ sit in ipso loco. At de quo nihil est quod nõ sit in aliquo loco: nihil est de eo quod sit eodẽ tẽpore extra eundẽ locũ. Quod igitur totũ est in aliquo loco: nihil est eius quod eodẽ tẽpore sit extra ipm locũ. Sed de quo nihil est extra quẽlibet locũ: nihil ei⁹ est eodẽ tẽpore in alio loco. Quare quod totũ est ĩ quolibet loco: nihil est simul in alio loco. Quod igitur totũ est in aliquo loco: quõ totũ simul ẽ ĩ alio loco si nihil de eo põt esse in alio loco? Quoniam igitur vnũ totũ non põt esse simul in diuersis locis totum: consequitur vt per singula loca singula sint tota si in singulis locis simul aliquid ẽ totũ. Quapropter si summa natura tota est vno tẽpore in singulis omnib⁹ locis: quot singula loca esse possunt: tot singule sunt nature summe: quod irrationabile est opinari. Nõ est igitur tota vno tẽpore ĩ singulis locis. At vero si diuersis tẽporib⁹ tota est in singulis locis: quando est in vno loco: nullũ bonũ ꝛ nulla essentia est interim in alijs locis: quia sine ea prorsus aliquid nõ existit: Quod absurdũ esse vel ipsa loca ꝓbant quod nõ nihil sed aliquid sunt. Nõ est itaqꝫ summa natura tota in singulis locis diuersis temporibus. Quod si nec eodem tempore nec ĩ diuersis temporibus tota est in singulis locis: liquet quia nullo modo est tota in singulis omnib⁹ locis. Nũc igitur est indagandũ si eadẽ sũma natura sit tota in singulis tẽporibus: aut simul aut distincte per singula tẽpora.

Quomodo sit in omni et in nullo loco:

Capitulum. XXI.

Sed quod est aliquod totum simul in singulis temporibus si ipsa tempora simul non sunt? Si vero separatim et distincte tota est in singulis temporibus: quemadmodum aliquis homo totus est heri et hodie et cras: proprie dicitur quia fuit et est et erit: Ergo eius etas que nihil aliud est quam eius eternitas non est tota simul sed est partibus extensa per temporum partes: At eius eternitas nihil aliud est quam ipsa essentia. Summa igitur essentia erit divisa per partes secundum temporum distinctiones. Si enim eius etas per temporum cursus producitur: habet cum ipsis temporibus presens preteritum et futurum. Quid autem aliud est eius etas vel existendi diuturnitas quam eius eternitas? Ergo cum eius eternitas nihil aliud sit quam eius essentia: sicut supra digesta ratio indubitabiliter probat: si eius eternitas habet preteritum presens et futurum: consequenter quoque eius essentia habet preteritum presens et futurum. At quod preteritum est non est presens vel futurum: et quod presens est non est preteritum nec futurum: et quod futurum est non est preteritum vel presens: quomodo ergo stabit quod supra rationabili et perspicua necessitate claruit quia illa summa natura scilicet nullo modo composita sed summe simplex est et summe incommutabilis si aliud et aliud est in diversis temporibus: et per tempora distributas habet partes: aut potius si illa vera sunt: immo quia liquido vera sunt: quomodo hec possibilia sunt? Nullo igitur modo creatrix essentia aut etas aut eternitas eius recipit preteritum vel futurum. Presens enim quomodo non habet si vere est? sed fuit significat preteritum: et erit futurum. Nunquam igitur illa fuit vel erit: quare non est distincta sicut nec simul tota in diversis singulis temporibus. Si igitur sicut discussum est nec sic est tota in omnibus locis vel temporibus ut semel sit tota in omnibus et per partes in singulis: nec sic ut tota sit in singulis: manifestum est quia non est ullo modo in omni loco vel tempore tota. Et quoniam similiter peruisum est quia nec sic est in omni loco vel tempore ut pars sit in omni et pars sit extra omnem locum vel tempus: impossibile est ut sit ubique et semper. Nullatenus enim potest intelligi esse ubique et semper nisi aut tota aut pars. Quod si nequaquam est ubique et semper: aut erit determinate in aliquo loco vel tempore: aut in nullo determinate: aut eam in aliquo non posse esse iam discussum est. In nullo igitur loco vel tempore: id est nusquam et nunquam est. Non enim potest esse nisi aut in omni aut in aliquo. Sed rursus cum constet inexpugnabilter non solum quia est per se et sine principio et sine fine: sed quia aliquid sine ea nec usquam nec unquam est: necesse est illam esse ubique et semper.

Quomodo melius possit intelligi esse semper quam in omni tempore: Capitulum. XXII.

Quomodo ergo conveniunt hec tam contraria secundum prolationem et tam necessaria secundum probationem? Fortasse quodammodo est summa natura in loco vel tempore quo non prohibetur sic esse simul tota in singulis locis vel temporibus: ut tamen non sint plures tote sed una sola tota: nec eius etas que non est nisi vera eternitas non sit distributa in preteritum presens et futurum. Non enim videntur hac lege loci ac temporis cogi nisi ea que sic sunt in loco vel tempore ut loci spacium vel temporis diuturnitatem non excedant. Quare sicut de his que huiusmodi sunt unum idemque totum simul non posse esse totum in diversis locis vel temporibus omni veritate asseritur: ita in his

que hm̃oi nõ sũt: idipm̃ nulla neces/
sitate cõcludit. Jure namq; dici vi/
detur q̃ tantũ ei⁹ rei sit aliqs locus
cui⁹ quantitatẽ locus circũscribẽdo
ↄtinet ⁊ ↄtinendo circũscribit: ⁊ q̃
ei⁹ rei solũ sit aliq̃d tp̃s cui⁹ diutur/
nitatẽ tp̃s metiẽdo aliquo mõ termi
nat ⁊ terminãdo metitur. Quapro/
pter eius amplitudini aut diuturni/
tati nulla meta vel a loco vel a tem/
pore opponit: illi nullũ esse locũ vł
tẽpus vere ꝓponit. Qm̃ nãq; nec
locus illi facit q̃d locus: nec tẽp⁹ q̃d
tp̃s: nõ irrõnabilr̃ dr̃ q̃ nlł̃s loc⁹ ẽ
ei⁹ loc⁹ ⁊ nullũ tp̃s est ei⁹ tẽp⁹. Qd̃
vero nullũ locũ aut tempus habere
cõspicit: id ꝑfecto nlł̃aten⁹ loci aut
tẽporis legẽ subire ↄuincit. Nulla
igit lex loci aut tẽporis naturã illã
aliquo modo cogit: quã null⁹ locus
aut temp⁹ aliqua continentia clau/
dit. Que nã aũt rõnalis ↄsideratio
omnimoda rõe nõ ↄcludat vt crea/
tricem summã q; omniũ substantiã
quã necesse est alienã esse ⁊ liberam
a natura: ⁊ iure oĩm que ip̃a fecit de
nihilo vlla loci cohibitio vel tem/
poris includat: cũ potius eius potẽ/
tia que non est aliud q̃ eius essentia
cũcta a se facta sub se cõtinendo con
cludat? Quõ quoq; nõ est impudẽ
tis imprudẽtie dicere q̃ summe ve/
ritatis aut locus circũscribat quan/
titatẽ: aut tẽpus metiat diuturnita/
tem: que nullã penitus localis vł tẽ
poralis distẽsionis magnitudinẽ su/
scipit vel paruitatẽ? Qm̃ itaq; loci
hoc est ⁊ tẽporis ↄditio vt tantũmo
do quicquid eoꝝ metis claudit nec
partiũ fugiat rationẽ vel qualẽ su/
scipit locus eius sc̃dm quantitatẽ vł
qualẽ patit tẽpus eius sc̃dm diutur
nitatẽ: nec vllo mõ possit totũ a di/
uersis locis vel tẽporib⁹ simul cõti/
neri: quicq̃d vero loci vł tẽporis cõ
tinẽtia nequaq̃ coercet: nulla loco/
rum vel tẽporũ lege ad partiũ mul/
tiplicitatẽ cogat aut p̃sens esse totũ
sił pluribus locis aut tẽporib⁹ prohi/
beat: qm̃ inquã hec est cõditio loci
aut tẽporꝫ: ꝑculdubio sũma substan
tia q̃ nulla loci vel tẽporꝫ continẽtia
cingit: nulla eoꝝ lege constringitur.
Quare qm̃ sũmã essentiã totã ⁊ in/
euitabilis necessitas exigit nulli lo/
co vel tẽpi deesse: ⁊ nulla ratio loci
aut tẽporis ꝓhibet omni loco vel tẽ
pori simul totã adesse: necesse est eã
simul totã oĩbus ⁊ singulis locis et
tẽporib⁹ presentẽ esse. Nõ eñ quia
huic loco vł tẽpori p̃sens ẽ: iccirco ꝓ
hibet illi vel illi loco aut tẽpori sił
et similit p̃sens esse: nec qm̃ fuit aut
est aut erit: ideo eternitatis ei⁹ aliq̃d
euanuit a p̃senti tẽpore ⁊ p̃terito q̃d
iã nõ est: aut trãsit cũ p̃senti q̃d vix
est: aut vẽturũ est cũ futuro q̃d non
dũ est. Nullaten⁹ nãq; cogit vel ꝓ/
hibet lege locoꝝ vel tempoꝝ alicubi
aut aliquãdo esse vel nõ esse: q̃d nul
lo mõ intra locũ vel tẽpus claudit
suũ esse. Nã si ipsa summa essentia
dicit esse in loco aut tpe: q̃uis de il/
la ⁊ de localibus siue temporalibus
naturis vna sit ꝓlatio ꝓpter loquẽ/
di cõsuetudinẽ: diuersus tamẽ est in
tellectus ꝓpter reꝝ dissimilitudinẽ.
In illis nanq; duo quedã eadẽ pro
latio significat: id est: q̃ p̃sentia sũt
locis ⁊ tẽporib⁹ in quib⁹ esse dicun/
tur: ⁊ q̃ ↄtinent ab ip̃is: in summa
vo essentia vnũ tm̃ percipit: id est
q̃ p̃sens est: nõ etiã q̃ ↄtinet. Vñ
si vsus loq̃ndi admitteret: ↄuenien/
tius dici videret esse cũ loco vel tẽ/
pore q̃ in loco vel tpe. Veri⁹ eñ si/
gnificat ↄtineri aliq̃d cũ dr̃ eẽ ĩ alio
q̃ cũ dr̃ eẽ cũ alio. In nlł̃o itaq; lo/
co vł tpe ꝓp̃e dr̃ esse: q̃ oĩno a nlł̃o
alio ↄtinet: ⁊ tñ in oĩ loco vł tpe suo
q̃dãmodo dici põt esse: qm̃ quicq̃d
aliud est ne ĩ nihilũ cadat: ab ea pre
sente sustinet: in oĩ loco ⁊ tpe est: q̃
nulli abest ⁊ in nlł̃o est: q̃ nullũ lo/
cũ aut tẽp⁹ habet: nec in se recipit di
stinctiões locoꝝ aut tẽpoꝝ: nec hic
nec illic vel alicubi vel tũc vel nunc
vel aliq̃ñ; nec sc̃dm labile presens

quo vtimur tēpus est: aut scdm pteritū vel futuꝝ fuit vel erit: qm̄ h circūscriptoꝝ ꝛ mutabiliū ꝓpria sunt: qꝛ illa nō est: ꝛ tamē hec de ea q̄dā modo dici pnt: qm̄ sic est p̄sens oīb⁹ circūscriptis ꝛ mutabilib⁹: ac si illa circūscribaꝫ eisdē locis: ꝛ muteꝫ tēporibus. Patet itaqꝫ ꝙ q̄ntū satis est ad dissoluēdū que insonabat cōtrarietatē qualiter sūma oīm eēntia vbiqꝫ ꝛ semp ꝛ nusq̄ꝫ ꝛ nunq̄ꝫ: id ē in oī ꝛ in nllo loco aut tpe sit iuxta diuersoꝝ intellectū ꝯcordē vitatē.

Quō meli⁹ itelligi possit eē vbiqꝫ q̄ꝫ i oī loco: C. XXIII

Ex cū ꝯstet eandē sūmā naturā nō magis esse in oībus locis q̄ꝫ in omnib⁹ que sunt: non velut que ꝯtineaꝫ: ſ que penetrādo cūcta ꝯtineat: cur nō dicaꝫ eē vbiqꝫ: hoc sensu vt potius intelligatur esse in oībus que sūt: q̄ꝫ tantū in oībus locis: cū hūc intellectum ꝛ rei veritas exhibeat ꝛ ip̄a localis verbi ꝓprietas nequaq̄ꝫ ꝓhibebat? Solem⁹ nāqꝫ localia verba sepe irreprehensibiliter attribuere reb⁹: que nec loca sūt nec circū scriptōe locali cōtinenꝫ: velut si dicam ibi esse intellectū in aīa vbi est rōnalitas. Nā cuꝫ ibi ꝛ vbi aduerbia localia sint: non tamē locali circū scp̄tiōe aut aīa cōtinet aliq̄d aut intellect⁹ aut rōnalitas cōtineꝫ. Quare summa natura scdm rei veritatē dicitꝫ apti⁹ vbiqꝫ esse scdm hāc significationē: vt intelligaꝫ esse in oībus que sunt: q̄ꝫ intelligaꝫ ī oīb⁹ locis. Et qm̄ sicut supra exposite rōnes docēt: aliter esse non potest: necesse est eā sic esse in oībus que sunt: vt vna eadēqꝫ pfecte tota simul sit in singulis.

Ꝙ nullis mutabilis sit accidētib⁹: Ca. XXIIII.

Undē quoqꝫ sūmā substantiā ꝯstat sine principio: ꝛ sine fine esse: nec habere pteritū aut futuꝝ: nec ē tēporale: hoc est labile p̄sens quo nos vtimur: qm̄ etas sue eternitas eius q̄ nihil aliud est q̄ꝫ ip̄a: īmutabilis ꝛ sine partib⁹ est. Nonne ġ semp qd̄ videꝫ designare totū tēpus: multo verius si de illa dicitꝫ intelligiꝫ significare eternitatē que sibiip̄i nunq̄ꝫ est dissimilis: q̄ꝫ tēpoꝝ varietatē q̄ sibiipsi semp ē in aliq̄ nō similis? Quare si dicitꝫ semper esse: qm̄ idē est illi esse ꝛ viuere: nihil melius intelligiꝫ q̄ꝫ eterne esse vl' viuere: id est interminabilē vitaꝫ simul pfectā totā obtinere. Uideꝫ aūt eius eternitas esse interminabil' vita sil' pfecte tota existēs. Cū enim supra iā satis liq̄at ꝙ eadē substantia nō sit aliud q̄ꝫ vita sua ꝛ eṫnitas sua: nec sit aliquo mō terminabilis nec nisi simul ꝛ pfecte tota: quid aliud est vera eternitas que illi soli cōuenit q̄ꝫ interminabilis vita simul ꝛ pfecte tota existēs? Nā vel hoc solo verā eternitatē soli inesse illi substātie que sola nō facta: ſ factrix esse īuēta est: aperte pcipiꝫ q̄ꝫ vera eternitas pꝛicipij finisqꝫ meta carere intelligiꝫ: qd̄ nulli rerū creataꝝ cōuenire eo ip̄o ꝙ d̄ nihilo facte sūt ꝯuincitꝫ. Sed hec essentia quā patuit omnimode sibi esse eandē substantialiꝫ nō est aliq̄ñ a se diuersa vel accidentaliter. Uerū qm̄ est sūme incōmutabilis: si p accidētia: pōt: nō dicā eē: ſ vel intelligi variabil'. Et ecōtra qm̄ nō est pticeps accidētis cū ꝛ h ipm ꝙ maioꝛ est oībus alijs natur[is] ꝛ qd̄ simul dissimilis est illi videaꝫ accidere. Sed q̄d repugnāt quoꝛūdam que accidētia dicunꝫ susceptibilitas et naturalis incōmutabilitas: si eoꝝ assumptiōe nullā substātiā ꝯsequatur variabilitas? Oīm quippe q̄ accidētia dicunꝫ alia nō nisi cū aliqua participātis variatione adesse ꝛ abesse posse intelligunꝫ: vt oēs coloꝛes alia oīno nullā vel accedēdo vel recedēdo mutationē circa id de quo dicunꝫ efficere noscunꝫ vt quedā relationes. Cōstat nāqꝫ qꝛ homini post

annū p̄sentem nascituro nec maior nec mior nec equalis sim nec simil': Oēs aūt relatiōes has vtiqꝫ cū nat⁹ fuerit sine omni mei mutatiōe ad illum habere potero: ⁊ amittere scd̓m q̄d crescet vel p qualitates diuersas mutabit̓. Palam itaqꝫ fit: q̄ eoꝝ q̄ accidētia dicunt̓: quedā aliq̄tenus attrahūt cōmutabilitatē: quedā ꝟo nullaten⁹ subtrahūt ĩmutabilitatē. Sicut igit̓ sūma natura accidētibus mutationē efficiētibus nunq̄ in sua simplicitate locū tribuit: sic scd̓m ea que nullaten⁹ sūme incōmutabilitati repugnāt aliq̄n dici aliq̄d non respuit: ⁊ tamē aliq̄d eius essentie vn̄ ipsa variabilis intelligi possit nō accidit: Vn̄ hoc quoqꝫ ↄcludi potest q̄ nullius accidētis susceptibilis ē. Quippe queādmodū illa accidētia que mutationē aliquā accedēdo vl' recedēdo faciūt: ipa suo effectu vere accidere rei quā mutāt p̄pēdūt̓: sic illa q̄ a simili effectu deficiūt impro prie dici accidētia dep̄hēdunt̓. Sic igit̓ semp sibi eē ē omnimode eadē substātialit̓: ita nunq̄ est a se diuersa vllo mō vel accidētaliter. Sed q̄quo mō sese habeat ratio de p̄prietate noīs accidentiū: illd̓ sine dubio veꝝ est: q̄ de sūme incōmutabili natura nihil potest dici vnde mutabil' possit intelligi.

Quō illa dicēda sit substantia: ⁊ q̄ sit extra omnez substantiā ⁊ singulariter sit quicquid est: Ca. XXV.

Sed si ratū est q̄d de hui⁹ nature simplicitate p spectū est: quō substātia est? Nā cū omnis substātia admixtionis differētiarū vel mutatiōis accidentiū sit susceptibilis: hmōi ĩmutabilis sinceritas oīmode admixtiōi siue mutatiōi est inaccessibilis quō ergo obtinebit eā esse quālibet substātiā: nisi dicatur substātia p essentia: ⁊ sic sit extra sic est supra oēm substātiā? Nā quantum illud esse quod per se est quicquid est ⁊ d̄ nihilo facit oīe aliđ eē: diuersū est ab eo esse q̄d p aliđ fit de nihilo quicquid ē: tātū oīno distat sūma substātia ab his q̄ nō sunt idē quod ipsa. Cunqꝫ ipa sola oīm naturaꝝ habeat a se sine alterius nature auxilio esse q̄cquid est: quō nō est singulariter absqꝫ sue creature ↄsortio q̄cquid ipsa est? Vn̄ si qn̄ illi est cū alijs noīs alicui⁹ cōmunio: valde proculdubio intelligenda est diuersa significatio.

Q̄ nō cōtineatur in communi tractatu substantiaꝝ et tamē sit substātia ⁊ indiuiduus spūs: Ca. XXVI

Constat igit̓ q̄ illa substātia nullo cōmuni tractatu substātiaꝝ includit̓ a cui⁹ essentiali cōmuniōe oīs natura excludit̓. Nēpe cum oīs substātia tractet̓ aut esse vniuersalis que plurib⁹ substātijs essentialiter cōmunis est: vt hominē esse cōmune est singulis hominib⁹: aut esse indiuidua q̄ vniuersalē essentiā cōmunē habet cum alijs: queādmodū singuli hoīes cōmune habēt cū singulis vt hoīes sint: quō aliquis summā naturā in aliaꝝ substātiaꝝ tractatu ↄtineri intelligit: q̄ nec in plures substantias se diuidit: nec cū aliqua alia p essentialē cōmūionē se colligit? Qm̄ tn̄ ipa non solū certissime existit: s̄ etiā summa oīm existit: ⁊ cuiuslibꝫ rei eēntia dici solet substātia: p̄fecto itaqꝫ si q̄d dici pōt digne nō p̄hibet̓ dici substantia: ⁊ qm̄ n̄ noscit̓ dignior eēntia q̄ spūs ⁊ corp⁹: ⁊ ex his dignior ē spūs q̄ corp⁹: vtiqꝫ eadē asserēda ē esse spūs ⁊ nō corp⁹. Qm̄ aūt nec ille partes sūt eiusdē spūs: nec plures eē pn̄t eiusmodi spūs: necesse est vt sit oīno indiuidu⁹ spūs. Qm̄ em̄ sic supra ↄstat: nec ptib⁹ est cōposit⁹ nec vllis differētijs vel accidentib⁹ intelligi pōt esse mutabilis: impossibile est vt

qualibet sectiõe sit diuisibilis.

Q idem spiritus simpliciter sit: et creata illi cõparata nõ sint. Ca. XXVII.

Videt̃ & ɔsequi ex p̃cedẽtibus q̃ iste sp̃us q̃ sic suo quodã mirabiliter singl'ari et singulariter mirabili mõ est quadã rõne solus sit: alia vero quecũq; vident̃ esse huic collata: nõ sint. Si em̃ diligẽt̃ intẽdat̃: ille solus videbit̃ simpliciter et pfecte et absolute esse: alia vero oĩa vere nõ esse et vix esse: q̃m nã q; idẽ sp̃us pp̃ter incõmutabilẽ eternitatẽ suã nullo mõ scd̃m aliquẽ motũ dici põt q2 fuit aut erit: s simplicit̃ est: nec mutabiliter est aliquid qd̃ aliqñ aut nõ fuit aut nõ erit: neq; nõ ẽ qd̃ aliqñ fuit aut erit: s quicq̃d ẽ semel et simul et interminabiliter est. Q̃m in q̃tũ hmõi ẽ esse ei⁹: iure ip̃e simpliciter et absolute et pfecte d2 eẽ. Q̃m vero oĩa alia scz3 aliq̃d mutabiliter aliqñ aut fuerẽt aut erũt qd̃ nõ sunt: aũt sũt qd̃ aliqñ nõ fuerũt vel nõ erũt: et q̃m hoc q2 fuerũt iam nõ est: illud aũt scilicet q2 erũt nõdum est: et hoc quod in labili breuissimo q; et vix existẽte presenti sũt: vix ẽ. Q̃m & tã mutabiliter sũt: nõ imerito negant̃ simpliciter et pfecte et absolute esse et asserũt̃ vere non esse et vix esse. Deinde cum oĩa q̃cũ q; alid̃ sũt q̃3 ipse: de nõ esse venerũt ad esse: nõ p se s p aliud: et cũ d̃ esse redeant ad nõ esse: q̃tũ ad se nisi sustineant̃ p aliud: quõ illis simpliciter cõuenit aut pfecte siue absolute esse et nõ magis vix esse aut fere non esse? Cũ q; eẽ solius eiusdẽ ineffabilis spiritus intelligi nll'o modo possit: aut nõ esse inceptũ: aut aliquẽ pati posse ex eo qd̃ est ĩ nõ esse defectũ: et q̃cquid ip̃e est nõ sit p aliud q̃3 p se: id est p s qd̃ ip̃e est: nõne hui⁹ eẽ merito ĩtelligit̃ simplicit̃ solũ pfectum et absolutũ? Qd̃ vero sic simpl'r et omnimoda rõe solũ ẽ pfectũ simplicit̃ et absolutũ: id nimirũ q̃dãmõ iure dici põt solũ eẽ: et ecõtra q̃cq̃d p supiorẽ rationẽ nec simpliciter nec pfecte nec absolute esse: s vix eẽ aut fere nõ esse cognoscit̃: id vtiq; aliquo modo recte nõ esse dicit̃. Scd̃m hãc igitur rationẽ ille solus creator sp̃us est: et oĩa creata nõ sũt: nec tamẽ oĩno nõ sũt: quia p illũ qui solus absolute ẽ de nihilo aliquid facta sũt.

Q eius locutio idip̃m sit qd̃ ip̃e: nec tamẽ sint duo s vnus sp̃us. Ca. XXVIII.

Iam nũc his q̃ de p̃prietatibus hui⁹ summe nature ad p̃sens mihi ducere rationem sequenti occurrũt: pspectis oportunum existimo vt de eius locutiõe p quã facta sũt oĩa si quid possim cõsiderẽ. Etem̃ cũ oĩa q̃ de illa supra potui aĩaduertere rõnis robur inflexibile teneãt: illd̃ me maxime cogit de illa diligẽtius discutere: quia idip̃m qd̃ ipse sũmus sp̃us est pbatur esse. Si em̃ ille nihil fecit nisi per seip̃m: et quicquid ab eo factũ est p illam est factũ: quomõ illa est aliud q̃3 est idem ipse? Amplius: asserunt vtiq; inexpugnabiliter ea que iam inuenta sunt: quia nihil oĩno potuit vnq̃3 aut potest subsistere preter creantẽ spiritũ et eius creaturã. Hãc vero spirit⁹ eiusdẽ locutionẽ impossibile est inter creata cõtineri: q̃m quicq̃d creatũ sbsistit: per illam factũ ẽ: illa vero p se fieri nõ potuit. Nihil q̃ppe p seip̃m fieri potest: quia quicq̃d fit posterius est eo p quod fit: et nihil est posteri⁹ seipo. Relinq̃t̃ itaq; vt hec summi spirit⁹ locutio cũ creatura esse nõ possit: nõ sit aliud q̃3 summus spiritus. Deniq; hec ipsa locutio nihil aliud põt intelligi q̃3 eiusdem sp̃us intelligẽtia q̃ cũcta intelligit. Quid em̃ est aliud illi rẽ loqui aliquã s loquendi mõ q̃3 intelligere? Nã nõ vt hõ semp dicẽ qd̃ intelligit. Si igitur sũme simplex natura

nō est aliud q̃ qđ est sua intelligentia: queãdmodū est id qđ est sua sapiētia: necesse est vt siliter nō sit aliud: q̃ qđ est sua locutio. Sed qm̄ iã manifestū est: summū spiritū vnū tantū esse ⁊ oīmode indiuiduū: necesse est vt sit illi hec sua locutio cōsubstantialis: vt non sint duo sed vnus spiritus.

Qꝫ eadem locutio nō cōstet ex pluribus verbis sed sit vnum verbum:

Caplm̄. XXIX.

Ar igiť dubitē qđ supra dubiū dimiserã: scꝫ vtꝝ hec locutio in pluribꝰ verbis an in vno ṽbo cōsistat? Nã si sic est sūme nature ꝯsubstãtialis vt nō sint duo sed vnꝰ spūs: vtiq͡ꝫ sicut ille summe simplex est: ita ⁊ ista. Nō igiť cōstat pluribus verbis: ꝫ est vnū verbū ꝑ qđ facta sūt oīa. Sed ecce videť mihi suboriri nec facilis nec vllatenus sub ambiguitate relinquenda q̃stio. Etem̄ oīa hmōi ṽba quibꝰ res q̃slibet mēte dicimꝰ: id est cogitamꝰ similitudines ⁊ imagines sūt reꝝ quarū verba sunt: ⁊ oīs silitudo ⁊ imago tãto magis vel minꝰ est vera: quãto magis vel minꝰ imitať rē cuiꝰ est similitudo. Quid igiť tenendū est de verbo: quo dicunť: ⁊ ꝑ qđ facta sunt oīa? Erit aut nō erit silitudo eoꝝ q̃ ꝑ ipm̄ facta sūt? Si em̄ ipm̄ est ṽba mutabiliū silitudo: nō est ꝯsubstãtiale sūme incōmutabilitati: qđ falsū est. Si aūt nō est oīno vera ꝫ q̃liscunq͡ꝫ silitudo mutabiliū est: nō est verbuꝫ sūme veritatis oīno veꝝ: qđ absurdū est. At si nullū mutabiliū habet silitudinē: quō ad illiꝰ exemplū facta sūt? Uerū forsitã nihil hmōi remanebit ambiguitatꝭ: si queãdmodum in viuo hoīe veritas hoīs esse diciť: ĩ picto vero silitudo siue imago illiꝰ veritatis: sic existēdi veritas intelligať in verbo cuiꝰ essentia sic summe est vt q̃dãmodo illa sola sit. In his vero que in eiꝰ cōparatiōe quodãmodo nō sūt: ⁊ tñ ꝑ illud ⁊ ꝫm illđ facta sť aliq̃d: aliqua imutatio illiꝰ sūme eēntie ꝑpēdať: sic quippe verbū sūme veritatis: qđ ⁊ ipm̄ ē sūma ṽitas: nullū augmētū vł detrimētū sentiet: ꝫm hoc qđ magis vel minus creaturis sit sile: ꝫ potiꝰ necesse erit omne qđ creatū est: tãto magis esse: et tãto esse prestãtiꝰ: quãto similius est illi qđ sūme est: ⁊ sūme magnum est. Hinc etem̄ fortasse: imo nō fortasse: ꝫ ꝑ certo hinc oīs intellectus iudicat naturas q̃libet mō viuētes p̄stare nō viuētibꝰ: sentiētes non sentiētibꝰ: rōnales irratiōabilibꝰ. Qm̄ em̄ sūma natura suo quodã mō singulari: nō solū est: ꝫ ⁊ viuit ⁊ sentit: et rōnalis ē: liquet qm̄ oīa que sūt id qđ aliquo mō viuit: magis est illi sile: q̃ id qđ nullatenus viuit: ⁊ qđ mō quolibet vel corporeo sensu cognoscit aliquid: magꝭ est q̃ qđ nihil oīno sentit: ⁊ qđ rōnale ē: magis q̃ qđ rōnis capax nō est. Qm̄ vero simili rōne quedã nature magis minꝰ ve sūt q̃ alie: ꝑspicuū est. Queãdmodū em̄ natura illud p̄stãtius est: qđ ꝑ naturalē essentiã ꝓpinquiꝰ est prestantissimo: ita vtiq͡ꝫ illa natura magis ē: cuiꝰ essentia siliōr est summe essentie. Qđ sic quoq͡ꝫ animaduerti facile posse existimo. Nempe si cuilibet substãtie que ⁊ viuit ⁊ sensibilis ⁊ rationalꝭ est cogitatione auferatur qđ rōnalis ē: deinde qđ sensibilis: ⁊ postea qđ vitalis: postremo ipm̄ nudū esse qđ remanet: quis non intelligat q͡ꝫ illa substantia que sic paulatim destruiť: ad minꝰ ⁊ ad minꝰ esse: ⁊ ad vltimū ad nō esse gradatī ꝑduciť. Que aūt singillatī assumpta quãlibet essentiã ad minꝰ et minꝰ eē deducūt: eadē ordinatī assūpta illã ad magꝭ ⁊ magꝭ eē ꝑducūt. Patet igiť q͡ꝛ magis est viuēs substãtia q̃ nō viuēs: ⁊ sensibilis q̃ nō sensibilis: ⁊ rōnalis q̃ nō rōnalis. Non est itaq͡ꝫ dubiū q͡ꝫ oīs essentia

eoipso magis est pstātior qȝ est: quo similior est illi eētie q̄ summe est ⁊ summe pstat. Satis itaqȝ manifestū est in ꝟbo p qd̄ facta sūt oīa: nō esse eoꝝ similitudinē: ſ verā simplicēqȝ essentiā. In factis ꝟo nō esse simplicem absolutāqȝ essentiā: ſ vere illi⁹ essentie vix aliquā imitationē. Vñ necesse est nō idē ꝟbū ſ reꝝ creatarū silitudinē magis vl' min⁹ esse verū: ſ oēm creatā naturam eo altiori gradu eētie dignitatisqȝ ꝯsistere: q̄ magis illi ꝓpinquare videt'.

Qꝫ ipsum verbum nō sit similitudo factorum sed veritas eētie: facta vero sint aliqua veritatis imitatio: ⁊ q̄ nature magis sint qȝ alie et pstātiores: Ca. XXX.

Sed cū ita sit: quō illud quod simplicit' ē ꝟitas pōt esse verbū eoꝝ quoꝝ nō ē silitudo? cū omē verbū quo aliq̄ res sic mēte dicit' silitudo sit rei eiusdē: ⁊ si nō est verbū eoꝝ q̄ facta sūt p ipm: quō cōstabit q2 sit verbū? Nēpe omē ꝟbū alicui⁹ rei verbū est. Deniqȝ si nunqȝ creatura esset: nullū ei⁹ esset verbū. Quid igit'? An cōcludendū est: q2 si nullo mō esset creatura: nequaqȝ esset verbū illd̄ qd̄ est sūma ⁊ nulli⁹ indigēs essentia: aut fortasse illa sūma eētia q̄ verbū est: eētia quidē esset eterna: ſ verbū nō esset: si nihil vnqȝ p illam fieret? Eius em̄ qd̄ nec fuit nec est nec futurū est: nullū verbū eē pōt: veꝝ ſm hāc rationē si nūqȝ vlla pter summū spiritū eēt essentia: nullū oīno esset verbū ī illo. Si nullū in illo verbū esset: nihil apud se diceret: cū idem sit illi sic dicere aliquid qd̄ est ītelligere: nō aliq̄d ītelligeret: si nihil intelligeret: ſ summa sapiētia q̄ non est aliud qȝ idē spūs nihil intelligeret: qd̄ absurdissimū est. Quid igit'? Si em̄ nihil intelligeret: quō esset sūma sapiētia: aut si nullo mō esset aliq̄d pter illā: quid illa intelligeret? Sed nunq̄d seipam nō intelligeret: aut quō vel cogitari potest qȝ summa sapiētia se aliqñ nō intelligat: cū aliqñ mēs rōnalis possit nō solū suimet ſ ⁊ illius sūme sapiētie remīsci: ſ ⁊ illā ⁊ se ītelligere? Si em̄ mens hūana nullā ei⁹ vt suā habere memoriā aut intelligentiam posset: nequaqȝ se ab irrōabilib⁹ creaturis ⁊ illā ab omni creatura secū sola tacite disputādo: sicut nūc mēs mea facit: discerneret. Ergo summus ille spūs sic est et'n⁹: ita eterne sui memor est: ⁊ ītelligit se ad silitudinem mētꝭ rōnalis: īmo nō ad vlli⁹ similitudinē ſ ille pncipaliter: ⁊ mens rationalis ad ei⁹ silitudinē. At si eterne se intelligit: eterne se dicit. Si eterne se dicit: eterne est verbū eius apd̄ ipm. Siue igit' ille cogitetur nulla alia existēte eētia: siue aliīs existētibus: necesse est verbū illi⁹ coeternuꝫ illi esse cū ipso.

Qꝫ summus spūs seipm dicat coeterno verbo: Caplm. XXXI.

Sed ecce q̄renti mihi d̄ verbo: quo creator dicit: oīa q̄ fecit obtulit se verbū: quo seipm dicit q2 oīa fecit. An ſ alio ꝟbo dicit seipm ⁊ alio ea q̄ fecit: aut potius eodē ipso verbo quo dicit seipm dicit quecūqȝ fecit? Nā hoc quoqȝ verbū quo seipm dic: necesse est idipm esse qd̄ ipm est: sicut constat de ꝟbo illo quo dicit eā q̄ facta sūt a se. Cū em̄ etiā si nihil vnqȝ aliud esset nisi summ⁹ ille spūs: ratio tñ cogat ꝟbū illud quo se dicit ex necessitate esse: quid veri⁹ qȝ hoc verbum eius non eē aliō qȝ qd̄ ipe ē? Ergo si ⁊ seipm et ea q̄ facit ꝯsubstātiali sibi ꝟbo dicit: manifestū est q2 verbi q̄ se dicit ⁊ verbi quo creaturā dicit vna substātia est. Quō ergo si vna substātia ē duo verba sūt? Sed forsitan nō cogit idētitas sbstantie verbi vnitatē

admittere. Nā idē ipē q̄ his verbis loq̄r: eā dē illis habet substātiā ⁊ tn̄ verbū nō est. Sȝ vtiq̈ v̄bū q̄ se dic̄ sūma sapiētia ɔuenietissime dici pōt v̄bū ei⁹: ſm supiorē rōnē: q̄ ei⁹ pfectā tenet silitudinē. Nā nulla rōne negari pōt cū mēs rōnal̄ seipam cogitādo ītelligit: imaginē ipsi⁹ nasci in sua cogitatiōe: īmo ipsam cogitationē sui esse imaginē: ad suam silitudinē tāq̄ ex ei⁹ impssione formatā. Quācūq̈ eīn rē mens seu p corporis imaginationē seu p rōnē cupit veraciſ cogitare: ei⁹ vtiq̈ silitudinē q̄ntū valet in ipa sua cogitatiōe conaſ exprimere: qd̄ q̄nto veri⁹ facit: tāto rē ipsam veri⁹ cogitat: ⁊ h̄ quidē cū cogitat aliq̄d aliud qd̄ ipa nō ē: ⁊ maxime cū aliq̄d cogitat corp⁹ clari⁹ pspiciſ. Cū eī cogito notū mihi hominē absentē: formaſ acies cogitatiōis mee ī talē imaginē ei⁹ q̄lē illā p visū oculoꝝ ī mēoriā attraxi: q̄ imago in cogitatiōe v̄bū est eiusdē hoīs quē cogitādo dico. Habet igiſ mens rationalis cū se cogitādo intelligit secū imaginē suā ex se natā: id est cogitationē sui ad suā silitudinē quasi sua impssiōe formatā: q̄uis ipa se a sua imagine nō nisi rōne sola separe possit: q̄ imago ei⁹ verbū eius est.

Q̄ vno verbo dicat se et qd̄ fecit: Ca. XXXII.

Hoc itaq̈ mō q̄s neget sūmā sapientiā cū se dicēdo ītelligat gignere ɔsubstātialē sibi silitudinē suā: id est v̄bū suū. Qd̄ v̄bū licet de re tā singl̄ariter eminēti pprie aliq̄d satꝫ ɔuenienter dici nō possit: ſ tn̄ īcōueniēſ sic silitudo: ita ⁊ imago ⁊ figura ⁊ character ei⁹ dici pōt. Verbū aūt q̄ creaturā dicit: nequaq̄ siliter est v̄bū creature: q̄ nō est ei⁹ silitudo: ſ pncipalis essentia: ɔseq̄ſ igiſ vt ipam creaturā non dicat v̄bo creature. Cui⁹ ḡ v̄bo eam dicit: si nō dicit eā v̄bo ei⁹? Nā qd̄ dic̄: v̄bo dic̄: ⁊ verbū alicui⁹ est verbū: id est silitudo. Sed si nihil aliud dicit: q̄ se aut creaturā: nihil dicere pōt: nisi aut suo aut eius v̄bo. Si ḡ nihil dicit v̄bo creature: q̄cquid dicit verbo suo dicit. Vno igiſ eodē q̄ verbo dicit seipm ⁊ quecūq̈ fecit.

Q̄ suo verbo videri possit dicere creaturam: Caplm. XXXIII.

Sed quō tā differētes res scȝ creans ⁊ creata essentia dici possit vno verbo: p̄sertim cū v̄bū ipm sit dicēti coeternū: creatura aūt nō sit illi coet̄na? Forsitan q̄ ipsa est sūma sapientia ⁊ sūma rō in qua sūt oīa q̄ facta sſ: q̄eadmodū opus qd̄ fit scdm aliquā artē: nō solū q̄n fit: veꝝ ⁊ anteq̄ fiat ⁊ postq̄ dissoluiſ: semper est in ipsa arte non aliud q̄ qd̄ est ars ipa. Jccirco cum ipe sūmus spūs dicit seipm: dicit omnia q̄ facta sūt. Nā ⁊ anteq̄ fierent ⁊ cū iā facta sūt ⁊ cū corrūpunſ seu aliq̄ mō varianſ: sēp ī ipo sſ: nō qd̄ sūt in seipis: ſ qd̄ est idēipse. Etēīn in seipis sūt essentia mutabilis scdm mutabilē rōnē creata: in ipso vero sūt ipa prima eēntia ⁊ prima existēdi veritas: cui put magis vtcūq̈ illa similia sint: ita verius ⁊ p̄stātius existūt. Hoc itaq̈ mō nō irrōabiliſ asseri pōt: q̄ cū seipm dicit sūm⁹ ille spūs: dicit etiā quicq̄d factū est vno eodēq̈ verbo. Veꝝ cū ɔstet q̄ verbū eius ɔsubstātiale est illi ⁊ pfecte simile: necessario ɔsequiſ vt oīa que sunt in illo eadē ⁊ eodem mō sint in verbo eius. Quicq̄d igiſ factū est siue viuat siue nō viuat aut quocūq̈ sit in se: in illo est ipsa vita ⁊ veritas. Qm̄ aūt idē est summo spiritui scire qd̄ ītelligere: siue dicere: necesse est q̄ eodem modo sciat oīa q̄ scit: quo ea dicit aut intelligit.

Q̄ q̄cq̄d factuȝ est in ei⁹ verbo ⁊ sciētia: sit vita ⁊ veritas: Caplm. XXXIIII.

q Uemadmodũ igiť oĩa sunt in ṽbo ei⁹ vita ⁊ ṽitas: ita sũt in sciẽtia ei⁹. Qua ex re manifestissime cõprehẽdi põt quõ dicat idẽ spũs vel quõ sciat ea q̃ facta sũt: ab hũana sciẽtia cõprehẽdi nõ posse. Nã nulli dubiũ creatas substãtias multo aliter esse in seipis q̃ in nr̃a sciẽtia. In seipis nã q̃ sunt p ipam suam essentiã: in nostra vero sciẽtia nõ sunt eaꝝ essentie: ſ eaꝝ similitudines. Restat igiť vt tãto verius sint in seipis q̃ i nostra sciẽtia: quãto veri⁹ sunt alicubi p suã essentiã q̃ p suã similitudinẽ.

Q incõprehensibili modo dicat vel sciat res a se factas: Ca. XXXV.

c Am ĝ ⁊ ħ ɔstet q̃ oĩs creata sbstãtia tanto veri⁹ est in ṽbo: et in intelligentia creatoris q̃ in seipsa: quãto verius existit creatrix q̃ creata eẽntia: quõ cõphẽdat hũana mẽs: cui⁹ mõi sit illd̃ dicere ⁊ illa sciẽtia que sic lõge superior ⁊ verior est creatis substãtijs: si nostra sciẽtia tam longe fuerit ab illis: quãtum earum similitudo distat ab earum essentia?

Q quicquid ipse est ad creaturã: hoc sit ⁊ ṽbũ ei⁹: nec tamẽ ambo simul pluraliter: Caplm. XXXVI

v Erũ cum manifeste rõnes superiores doceãt summũ spiritũ p verbum suũ fecisse omnia: nunqd nõ ⁊ ipm verbũ fecit eadẽ oĩa? Qm̃ eñ illi est ɔsubstãtiale cui⁹ est verbũ: necesse est vt sit sũma essentia. Sũma aũt essentia nõ est nisi vna: que sola creatrix ⁊ solũ prĩcipiũ est oĩm que facta sũt. Ipa nãq̃ sola fecit nõ per aliud q̃ ꝑ se oĩa ex nihilo. Quare quecũq̃ sũm⁹ spiritus facit: eadẽ ⁊ verbũ ei⁹ facit similiter. Quicq̃d igiť sũm⁹ spiritus est ad creaturã: hoc ⁊ verbũ eius est et siliter. Nec tñ ambo siľ pluraliť: q̃ nõ sũt plures creatrices sũme essentie. Sicut igiť ille creator est rex et principiũ: sic ⁊ verbũ ei⁹: nec tamen sunt duo: sed vn⁹ creator ⁊ vnũ principium.

Q dici non possit quid duo sint: quãuis necesse sit esse duos: Ca. XXXVII.

s Tudiose itaq̃ attendẽdũ est q̃ddã q̃ valde insolitũ alijs reb⁹ in sũmo spiritu ⁊ verbo eius videtur euenire. Nam certum est vnicuiq̃ singillatim ⁊ vtrisq̃ simul inesse quicq̃d sunt in essentia: et quicq̃d sunt ad creaturã: vt ⁊ singillatim pfectũ sit ambob⁹: ⁊ tamen pluralitatẽ nõ admittat in duobus: Licet eñ singillatim ⁊ ille pfecte sit summa veritas ⁊ creator: ⁊ verbum eius sit summa veritas ⁊ creator: nõ tamẽ ambo simul sunt due veritates aut duo creatores. Sed cum hec ita sint: miro tñ mõ apertissimũ ẽ: quia nec ille cuius est verbũ põt esse verbũ suũ: nec verbũ põt esse cuius est verbũ: vt in eo q̃ significat vľ quid sint substantialiter vel quid sint ad creaturã: semp indiuiduã teneãt vnitatẽ. In eo vero q̃ ille nõ est ex isto: hic aũt est ex illo: ieffabilẽ admittãt pľralitatẽ: Ineffabilẽ certe. Cũ⁹ eñ necessitas cogat vt sint duo: nullo tamẽ mõ exp̃mi potest quid duo sint. Nã ⁊ si forte duo pares aut aliquid aliud similiť ad inuicẽ possint dici: in his ipis tñ relatiuis si queratur quid sit illud de quo dicunť: nõ potest dici pluraliter: quẽadmodũ dicunť due pares linee: aut duo homines similes. Quippe nõ sũt duo pares spũs: nec duo pares creatores: nec duo aliq̃d q̃ significet eoꝝ aut eẽntiã aut habitudinẽ ad creaturã: sed nec duo aliq̃d q̃ designet propriam habitudinem alterius ad alterum: quia nec duo verba nec due imagines. Uerbum nanq̃ hoc ipm

qꝫ v̄bū est aut imago ad alteꝝ ē: q2 nō nisi alicui⁹ v̄bū est aut imago: ⁊ sic ꝓpria sūt h̄ alteri⁹ vt nequaq̄ʒ alteri coaptent̄. Nā ille cui⁹ est v̄buʒ aut imago: nec imago nec verbū est.

Q2 idē v̄bū sit a sūmo spiritu nascēdo: C.XXXVIII

Constat igit̄ q̄ exprimi nō potest: q̄d duo sint: summ⁹ spiritus ⁊ v̄bū ei⁹: q̄uis q̄busdam singloꝝ ꝓprietatib⁹ cogantur esse duo. Etenī ꝓpriū est esse vni⁹ ex altero ⁊ ꝓpriū est alteri⁹ alteꝝ eē ex illo. Q̄d ipm nullo vtiq̄ v̄bo videtur familiarius posse ꝓferri q̄ʒ si dicat̄ ꝓpriū esse vni⁹ nasci ex altero: ⁊ ꝓpriū alteri⁹ nasci alteꝝ ex ip̄o. Certū nāq̄ iā ꝯstat q̄ verbū sūmi sp̄ūs nō sic est ex eo queadmodū ea q̄ ab illo facta sūt: ꝫ queadmodū creator de creatore: sūmū d̄ sūmo. Et vt plena breuitate oīmoda absoluat̄ similitudo: penit⁹ idē ip̄m ē de eodē ip̄o ⁊ ita vt nullaten⁹ sit nisi ex eo. Cum igit̄ pateat v̄bū summi sp̄ūs sic esse ex ip̄o solo vt ꝑfectā ei⁹ quasi ꝓles parēt̄ teneat sil'itudinē: nec sic eē ex eoipso vt fiat ab eo: ꝑfecto nll'o mō ꝯuenięti⁹ cogitari potest ex illo esse q̄ʒ nascēdo. Nempe si innūerabiles res indubitāter dicunt̄ nasci ex his ex quib⁹ habēt vt sint: cū nullā eoꝝ ex quib⁹ nasci dicunt̄ teneāt similitudinē: sicut proles parētis. Dicim⁹ eñi capillos nasci de capite: ⁊ poma ex arbore: licʒ nec illi capitis nec ista arboris filia sint. Si inq̄ʒ m'lta hm̄oi non absurde dicunt̄ nasci: tāto congruētius dici pōt v̄bū summi sp̄ūs ex illo existere nascēdo: q̄nto ꝑfecti⁹ quasi ꝓles parētis trahit ei⁹ sil'itudinē ex illo existēdo.

Q2 verissime ille sit parēs ille v̄o ꝓles: Ca. XXXIX.

Quod si ꝯueniętissime d2 nasci ⁊ tā sil'e est illi de quo nascit̄: cur estimet̄ sil'e quasi ꝓles parēti: ⁊ ñ poti⁹ asserat̄: q2 tāto verior est ille parēs ⁊ istud ꝓles: q̄nto mag' ill e ⁊ ille ad hui⁹ natiuitat' ꝑfectionē solus sufficit: ⁊ q̄d nascit̄ eius similitudinē exprimit. Namq̄ in reb⁹ aliis q̄s parētis ꝓlisq̄ certū ē habitudinē habere: nll'a sic gignit vt oīno nulli⁹ indigens sola ꝑ se ad gignēdā ꝓ'lem sufficiat: nulla sic gignit̄ vt nulla admixta dissimilitudine oīmodā sil'itudinē parēt' exhibeat. Si ꝫ verbū sūmi sp̄ūs sic est omnino ex ipsius sola essentia: ⁊ sic singularit̄ ē illi sil'e vt nulla ꝓles sic sit oīno ex sola parēt' eēntia: aut sic similis parēti: ꝑfecto nullis reb⁹ tam ꝯuenięter videt̄ aptari habitudo parētis ⁊ ꝓlis q̄ʒ summo spiritui ⁊ verbo eius. Quaprop̄t illi⁹ est verissimū ꝓpriū esse parentem: istius vero verissimā esse ꝓlem.

Q2 ille verissime gignat ille v̄issime gignat̄: C.XL

Et hoc cōstare nō poterit nisi pariter ille v̄issime gignat et istud verissime gignatur. Sicut igit̄ illud est perspicuū: ita h̄ esse certissimū necesse ē: quare summi sp̄ūs est verissime gignere ⁊ verbi ei⁹ verissime gigni. Vellē iā quidem ⁊ forte possem illū esse verissime patrem: hoc vero verissime esse filiū cōcludere. Sed nec hoc negligendū existimo: an patr' ⁊ filii: ⁊ an matris ⁊ filie magis illis apta sit appellatio: cū in eis nulla sit sexus discretio. Nā si iccirco ꝯuenienter est ille pater ⁊ ꝓles eius fili⁹: q2 vterq̄ est sp̄ūs: cur nō pari ratiōe alteri cōuenit esse matrē: alteri filiā q2 vterq̄ est v̄itas ⁊ sapiētia? An q2 ī his naturis q̄ sexus hn̄t differentiā: melioris sexus est patrē esse v'l filiū: minoris vero matrē vel filiā. Est h̄ q̄dē naturaliter in plurib⁹: in quibusdam v̄o est ecōtrario: vt in q̄busdā auiū generib⁹ in quib⁹ femininus sexus semꝑ maior ⁊ validior est: masculin⁹ vero minor ⁊ infirmior. Aut

certe iccirco magis ꝯuenit sūmo spi/ritui dici patrē ꝙ̄ matrē: q̄a prima et principalis cā̄ ꝓlis semꝑ est in pa/tre: Nā̄ si mat̄na cām q̄libet modo semꝑ pat̄na ꝑcedit: nimis ē icōgru/um vt illi parēti adapteṫ nomē ma/tris cui ad gignēdā ꝓlem nulla alia cā̄ aut sociaṫ aut ꝑcedit. Verissimū est igiṫ sūmū spiritū patrē eē prolis sue. Qđ si fili⁹ est: semꝑ simılior est pr̄i ꝙ̄ filia. Nihil aūt simili⁹ est alte ri ꝙ̄ summo patri ꝓles sua: verissi/mū est hāc ꝓlē nō esse filiā ꝟ filiū.

Q alteri⁹ verissime sit eē genitorē ꝛ patrē: alteri⁹ ge/nitū et filiū: Ca. XLI.

Sicut igiṫ ꝓpriū ē illi⁹ veris/sime gignere: isti⁹ ꝟo gigni: sic ꝓpriū est illi⁹ eē ꝟissimū genitorē: isti⁹ ꝟo ꝟissimū eē genitū. Et sic alter est verissim⁹ parēs: alter verissima ꝓles: sic alter est verissim⁹ pater: alṫ verissim⁹ fili⁹. Inuēt̄ tot et tātis singłoꝝ ꝓprietatib⁹ quibus mira q̄dā tam ineffabilis ꝙ̄ ineuita/bilis in sūma vnitate ꝓbaṫ esse plu/ralitas: valde mihi videṫ delectabi/le retractare sepius tā inpenetrabile secretū. Ecce em̄ cū sit īpossibile sic eundē esse qui gignit ꝛ eū q̄ gigniṫ atꝙ̄ eūdē eē parētē ꝛ ꝓlē: vt ncce sit aliū eē genitorē: aliū genitū: ꝛ aliū eē patrē: aliū filiū: sic tñ ncce est idē esse illū q̄ gignit ꝛ illū q̄ gigniṫ nec nō parētē ꝛ ꝓlē: vt īpossibile sit aliū esse genitorē ꝙ̄ qđ est genit⁹: aliud esse patrē ꝙ̄ qđ est fili⁹.

Retractatio cōmunionis amborum ꝛ proprietatum singłoꝝ: Ca. XLII.

D Immo valde aliqiud bonum. M Anteꝙ acciperet iusticiam hanc: voluntas illa debebat velle ꝛ non velle ꝭm iusticiaꝫ? D Non debebat: quod ideo non debebat: quia nō acceperat. M Postꝙ autē non accepit: non dubitas debere nisi aliqua violentia amittat? D Semp eam huic debito alligatā puto: siue teneat quod accepit: siue sponte deserat. M Recte asseris: Sed quid si volūtas eadem iusticiā tam vtiliter: ꝛ tam sapienter additam sibi: nulla indigentia ꝛ nulla violentia cogente deserat vtendo sponte sua potestate: id est plus volendo ꝙ debeat. An remanebit aliquid aliud cum ipsa voluntate ꝙ qꝺ prius cōsiderabamus ante additamentū iusticie? Quoniā nihil aliud est additum ꝙ iusticia: separata iusticia nihil aliud certū est remanere ꝙ qꝺ prius erat: nisi quia debitricem fecit eam accepta iusticia: ꝛ quasi quedam pulchra vestigia sui reliquit derelicta eadē iusticia. Eo eñ ipō quo debitrix iusticie pmanet: mōstrat honestate iusticie fuisse decorata. Sed ꝛ hoc satis iustum est: vt qꝺ semel accepit iusticiā: seruare eā semp debeat nisi violenter amiserit. Et certe multum dignior natura probatꝰ: que vel aliqn habuisse: ꝛ semp debere vt habeat tam honestū bonum conuincitꝰ: ꝙ quia hocipsum non habere nec debere aliquando cognoscitꝰ. M Bene consideras: sed adde huic tue sententie: quia quāto natura que hic habuit qꝺ debet: monstratꝰ laudabilior: tanto psona que nō habet quod debet conuincitꝰ vitupabilior. D Vehemēter assentio. M Discerne mihi bene quid ibi monstrat naturam laudabilem: ꝛ quid faciat psonam vituperabilē. D Habuisse vel debere monstrat naturalē dignitatem: ꝛ non habere facit psonalem inhonestatē. Habere enim factum est ab eo qui dedit: non habere factum ab ipso qui deseruit: Ideo nāꝙ debet quia accepit: ideo ꝺo non habet quia deseruit. M Non ergo reꝑhendas in ipsa voluntate que non stetit ī iusticia debere iusticiā: sed nō habere iusticiam. D Omnino nihil aliud ibi reprehendo ꝙ absentiam iusticie siue nō habere iusticiā: nā sicut iam dixi: habere decorat: nō habere vero deturpat: ꝛ quo magis illud decet: eo magis istud dedecet: immo non ob aliud voluntatē illam deturpat ex ꝓpria culpa non habere: ꝙ qꝛ illā decorat ex bonitate dantis habere debere. M Nōne iā volūtatem ipsam q̄ nō habet iusticiam quā debet habere: indicas iniustā ꝛ in illa esse iniusticiam? D Quis non ita iudicet. M Si nō esset iniusta: nec esset in illa iniusticia: puto quia nihil in ea reꝑhenderes. D Nihil oīno. M Ergo nihil aliud ī illa reꝑhendis ꝙ iniusticiā: ꝛ quia iniusta est. D Nō possum aliud quicꝙ in ea reꝑhendere. M Si ergo nihil aliud ibi reꝑhendis ꝙ absentiam iusticie: ꝛ illā non habere iusticiam: sicut pauloante dixisti: ꝛ iterum verū est quia nihil aliud reprehēdis in ea ꝙ ī illa esse iiusticiā: siue illam esse iniustā: palam est: quia nō aliud in illa est iniusticia: aut esse in-

iustā ꝙ absentia iusticie: aut non habere iusticiā. D Nullo mō possunt hec esse diuersa. M Sicut igit̄ absentia iusticie ⁊ nō habere iusticiā nullā essentiam habent: ita iniusticia et esse iniustū nullum habēt esse: ⁊ idcirco nō est aliq̄d sed nihil. D Non est cōsequētius aliquid. M Memēto etiā iam constare: q₂ recedēte iusticia excepto debito iusticie nihil aliud ibi remansit ꝙ qđ habebat ante susceptam iusticiā. D Cōstat vtiq₃. M Ac iniusta nō erat: nec ĩiusticiā habebat anteꝙ haberet iusticiā? D Nō. M Ergo aut recedēte iniusticia: non est in illa iniusticia nec ē iniusta: aut nihil ē iniusticia vel esse iniustū. D Nō pōt videri aliqđ magis necessariū. M At iniusticiā illā habere ⁊ esse iniustam post desertam iusticiā concessisti. D Immo nō possum nō videre. M Nihil igit̄ est iniusticia vel esse iniustū. D Credentē me fecisti scire qđ nesciens credebā.

Q₂ iniusticia non sit nisi absentia debite iusticie: Capi. XVI. Ma.

Estimo etiam te cognoscere iā ꝙ cum iniusticia nō sit aliud ꝙ absentia iusticie: nec iniustum esse aliud ꝙ nō habere iusticiā: cur nō ante datā sed post derelictam iusticiam eadem absentia iusticie vocet̄ ĩiusticia: ⁊ nō habere iusticiā sit iniustū esse: ⁊ sit vtrūq₃ rep̄hensibile: nō eñ ꝑpter aliud nisi q₂ nō dedecet abesse iusticiam nisi vbi debet esse. Sicut eñ virū qui nondū debet habere barbam non dedecet non habere: cum vo iam debet habere: indecorum est non habere: Ita naturam que non debet habere iusticiā nō deformat non habere: illā vo que habere debet: dehonestat non habere: ⁊ quanto magis debet habere: virilē ostendit naturā: tanto magis nō habere fedat virilē figurā. D Sufficienter video iniusticiā nō esse nisi absentiā iusticie vbi debet esse iusticia. M Cum posuimus solā voluntatem beatitudinis p̄fato angelo dari: vidimus eū nihil potuisse velle aliud. D Aperte vidim⁹ qđ dicis.

Cur desertor angelus nō possit redire ad iusticiam. Capi. XVII. Ma.

At modo derelicta iusticia et remanente illa solū volūtate q̄ prius fuerat beatitudinis: pōt idē desertor ad voluntatē iusticie redire ꝑ se ad quā nō potuit ante ꝙ daret̄ venire? D Sed mō multo minus. Tunc eñ cōditiōe nature nō poterat hr̄e: nunc vo merito quoq₃ culpe non debet habere. M Nullo ꝗ mō potest hr̄e iusticiā a se cū nō habet iusticiā: quia nec anteꝙ eā accepit nec postꝙ eam deserit. D Non debet aliquid habere a se. M Nōne aliquo mō vel cum ipse haberet potuit ipse sibi dare iusticiā? D Quomō potuisset? M Plurib⁹ modis dicimus facere. Dicimus eñ facere aliq̄d cū esse facim⁹ rem: ⁊ cū facere possim⁹ vt nō sit ⁊ nō facim⁹. Hoc itaq₃ modo potuit ip̄e sibi dare iusticiā: q₂ potuit sibi auferre eam ⁊ potuit nō auferre: quō ille qui stetit ĩ veritate in qua fact⁹ est nō fecit cū potuit vt eā nō haberet: ⁊ ita eā ip̄e sibi dedit: ⁊ totū h̄ a deo accepit: Ab eo enim acceperunt ambo habere et posse tenere ⁊ posse deserere. Hoc vltimū ideo deus dedit vt possent sibi dare aliquo mō iusticiā. Si eñ nullo modo eam sibi possent auferre: nullo modo possent sibi dare. Qui ergo h̄ modo sibi dedit eam: h̄ ip̄m a deo accepit vt sibi eam daret.

Quō malus angel⁹ se fecit iniustū ⁊ bonus se iustū: et ꝙ mal⁹ sic debet deo gratias ꝓ bonis q̄ accepit ⁊ deseruit: sicut bonus q̄ seruauit accepta: Ca. XVIII. D

v Ideo quia non auferẽdo potuerũt sibi dare iusticiam: sed alter sibi dedit: alter sibi abstulit. M Vides ergo deo parẽ eos debere gratiã q̃tũ ad bonitatẽ ipi⁹: nec diabolũ ideo minus debere deo reddere quod dei est: quia sibi abstulit quod de⁹ dedit: et noluit accipere quod deus obtulit. D Video. M Semper igitur debet deo gratias agere malus angelus pro beatitudine quam sibi abstulit: sicut bonus pro ea quã sibi ipse dedit. D Verissimũ est. M Estimo: quia animaduertis deũ nullo mõ posse facere iniustũ nisi iniustũ nõ faciendo iustum cum possit. Nã ante acceptã iusticiã nullus est iustus vel iniustus: et nullus post acceptam iusticiam fit iniustus: nisi sponte deserta iusticia. Sic ergo bonus angelus fecit se iustũ: non auferendo sibi iusticiam cum potuit: ita deus malũ angelũ: angelũ facit iniustũ nõ reddendo ei iusticiã cum possit. D Facile cognoscitur.

Qz voluntas inquãtũ sit: bonũ est: et nulla res mala sit: Capi. XIX.

M r Videamus ad consideratione voluntatis: et reminiscamur qd consideraiuim⁹ voluntatẽ scz beatitudinis quicq̃d velit nõ esse malũ: sed esse bonũ aliquod anteq̃ accipiat iusticiã. Unde cõsequitur: quia cum deserit acceptã iusticiã: si eadez essentia est que prius erat bonũ aliquod q̃tũ ad hoc qd est: q̃tũ vero ad hoc quia iusticia non est: in illa que fuit dicitur mala et iniusta. Nã si velle deo similẽ esse: malũ esset: fili⁹ dei nõ vellet similis esse patri: aut si velle q̃slibet infimas voluptates esset malũ: mala diceretur voluntas brutorũ animaliũ. Sed nec voluntas filij dei est mala: quia est iusta: nec voluñtas irrationalis mala dicitur: quia non est iniusta. Unde sequitur nullã voluntatẽ eẽ malũ sed esse bonũ inquãtũ est: quia opus dei est: nec nisi inquãtũ est iniusta malã esse: et qm nulla res mala dicitur nisi mala voluntas: aut propter malã voluntatẽ: vt mal⁹ hõ: et mala actio: nihil est aptius q̃ nullam rem esse malã: nec aliud esse malũ q̃ absentiã iusticie derelicte in voluntate: aut in aliqua re propter malã voluntatem.

Quõ deus faciat malas volũtates et actiones: et quõ accipiãtur ab eo: Ca. XX.

D s Sic tua disputatio veris et necessarijs aptisq̃ ratiõib⁹ cõcatenatur vt nulla rõne qd dicis: dissolui posse videam: nisi quia video aliud cõsequi: qd nec dici debere credo: nec quõ non sint: si vera sũt que dicis nõ video. Nam si velle esse similem deo non nihil nec malũ: sed quoddã bonum est: non nisi ab eo a quo est omne bonũ qd est: haberi potuit. Si ergo angel⁹ nõ habuit qd nõ accepit: qd habuit ab illo accepit a q̃ habuit. Quid aũt ab illo accepit qd ille nõ dedit? Quare si habuit velle esse silez deo: iõ habuit: quia de⁹ dedit. M Quid mirũ si queadmodũ dicitur inducere in temptationẽ quando non liberat de ea: ita fatemur eũ dare volũtatẽ malã nõ prohibẽdo eã cũ potest: presertim cum potestas volẽdi quelibet nõ nisi ab illo sit. D Hoc modo non videtur esse incõueniens. M Si ergo datio nõ est sine acceptione: queadmodũ non inusitate dicitur dare: et q̃ sponte cõcedit: et q̃ non approbãdo permittit: ita nõ incõgrue accipere dicitur: et qui cõcessa suscipit: et q̃ illicita presumit. D Nec incongruũ nec inusitatũ mihi videtur quod dicis. M Quid q̃ dicimus cõtra veritatẽ si dicim⁹: cũ diabol⁹ voluit qd non debuit: hoc illũ et a deo accepisse: quia de⁹ permisit: et nõ accepisse: quia ille nõ consensit. D Nihil hoc repugnare videtur veritati. M Cũ igitur diabolus cõuertit voluntatẽ ad qd non debuit: et ipsum velle et ipsa conuersio fuit aliq̃d: et tamẽ non nisi a deo et

de dī volūtate aliq̄d habuit: qm̄ nec velle aliq̄d: nec mouere potuit volūtatē nisi illo pmittēte q̄ fec̄ oēs naturas sb̄stātiales ꝛ accidētales: vniūsales ꝛ idiuiduales. Jn q̄ꝫtū em̄ volūtas ꝛ cōuersio siue motus volūtatis est aliq̄d: bonū est ꝛ dei est. Jn q̄ntū vero iusticia caret sine q̄ eē nō debet: nō simpliciter malū: ꝫ aliq̄d malum est: ꝛ qđ malū est nō dei ꝫ volētis siue mouētis voluntatē est. Simplex q̄ppe malū est iniusticia: qm̄ non est aliud q̄ꝫ malū qđ nihil est. Aliud vero malū est natura in q̄ est iīusticia: qꝛ est aliq̄d ꝛ aliud q̄ꝫ iniusticia que malū ꝛ nihil est. Quare qđ aliq̄d ē a deo fit ꝛ dei ē: qđ vero nihil est: id est malū ab iniusto fit ꝛ ei⁹ est. D Qđ quidē deus naturas rerū oīm faciat fatendū est. Qđ vero singl'as actiōes puersaꝝ voluntatū velut ipsum prauū motū volūtat' q̄ ipa mala volūtas se mouet faciat q̄s cōcedat? M Quid miꝝ si dicim⁹ deū facere singulas actōes q̄ fiunt mala volūtate: cū fatemur eum facere singulas sb̄as q̄ fiūt in iusta volūtate ꝛ in honesta actiōe. D Nō habeo q̄d cōtra dicā: q̄ppe nec negare possū vere aliud eē q̄ꝫlibet actionē: nec fateri volo ñ fieri a deo qđ vere aliq̄ꝫ habet eēntiā. Neq̄ꝫ ista tua rō vllo mō accusat deū: aut excusat diabolum: sed oīno deū excusat ꝛ diabolū accusat. Sꝫ vellē scire vtrū idem desertoꝛ angelus ista de se pꝛesciuerit.

Qꝛ mal⁹ angel⁹ non potuit pꝛescire se casurum esse: Capl'm XXI. M.

Cum q̄ris vtꝝ ille angel⁹ qui nō stetit in veritate p̄sciuerit se esse casuꝝ: discernēdum est de q̄ scīa dicas. Nam si de illa sciētia q̄rit' q̄ nō nisi cū certa ratiōe aliq̄d intelligit': oīno rñdeo non posse scire qđ pōt nō esse. Qđ em̄ nō esse pōt: neq̄ꝫ eē certa pōt colligi rōne. Quapꝛopter cōstat illū nullatenus potuisse p̄scire casū suū quē necesse ꝫ erat futuꝝ. Ponamus em̄ nō fuisse futurū casum illū: an itaq̄ꝫ putas p̄sciri potuisse si futur⁹ nō erat? D Videt' nō posse p̄sciri qđ pōt futuꝝ nō esse: nec posse nō esse futuꝝ: qđ p̄scitur. Sꝫ reminiscoꝛ nūc illi⁹ famosissime q̄stionis de p̄sciētia diuīa: et libero arbitrio: Quis em̄ tāta auctoritate asserat' ꝛ tanta teneat' vtilitate: ꝛ nullaten⁹ ꝑpter hūanā rōnem dubitandū sit diuinā p̄scientiā ꝛ liberuꝫ arbitriū sibi īuicē ꝯsentire: tm̄ q̄ꝫtum ad rōnis ꝯsideratiōnē q̄ videtur spectat: insociabiliter videntur dissentire: vñ videm⁹ in hac q̄stione nōnullos sic in vnā ptē vꝛgentes vt alterā oīs deserāt vnda infidelitat' sue sb̄mergēte perire: multos xͦo velut cōtrarijs vētis hincinde cōtra inuicē sustētando quassantib⁹ pclitari. Cū ꝫ diuīaꝫ cōstet p̄scientiā eē oīm q̄ fiunt libero arbitrio nec aliud horum sit ex necessitate: nihilomin⁹ videt' posse nō esse futuꝝ qđ pꝛescitur. M Breuiter īterim rñdebo. Pꝛescientia dei nō ꝓpꝛie dicit' p̄scientia. Cui em̄ oīa sp̄ sunt pꝛesentia: nō habet futuroꝝ p̄scientiā ꝫ p̄sentiū sciētiam. Cum ergo alia sit ratio de pꝛescientia future q̄ꝫ de pꝛesentis rei sciētia: nō est necesse diuinā p̄scientiā ꝛ illam de q̄ querim⁹ eandem habere ꝯsequentiam. D Assentio. M Redamus ad illā que erat in manibus questionem. D Placet quod dicis. Sed eo pacto vt cū de illa cuius mētionē fecimus quesiero: mihi respōdere quod inde deus tibi dignabit' ostendere non renuas. Valde namq̄ꝫ necessaria est eius solutio si iā ab aliq̄ facta est aut si fiat: fateoꝛ em̄ non deū alicubi excepta diuina auctoꝛitate cui indubitāter credo me legisse rationē: que mihi sufficeret ad eiusdē solutiōis intellectū. M Cum ad illā veniemus si forte venerimus: erit sicut de⁹ dabit. Nūc aūt qm̄ supꝛaposita rōne patet apo

statam angelū nō potuisse pscire ruinā suā ea psciētia quā rei necessitas sequit: accipe adhuc aliā rōnē que nō solū pscientia: sz τ estimatiōe aut q̄libet suspitiōe suū eū psensisse casū excludit. D Hoc accepto. M Si adhuc in bona volūtate stans p̄sciebat se casurū: aut volebat vt ita fieret: aut nolebat. D Unū hoꝝ necesse est verū esse. M Sz si cum psciētia volūtatē habebat aliqñ cadendi: iā ipsa mala volūtate ceciderat. D Patet qd dicis. M Nō itaqz volendo cadere prius sciuit se casurū: q̄ caderet. D Nō pōt aliud obijci cōclusioni tue. M Ac si p̄sciebat se casuꝝ τ nolebat: tm̄ miser erat dolendo: q̄tū magꝰ stare volebat: τ q̄ erat iustior: eo debebat esse felicior. D Negari nō pōt. M Ac tāto iustior erat: q̄to magꝰ volebat stare: τ q̄ erat iustior: eo debebat esset felicior. D Nō pōt negari. M Ergo si nolēdo presciebat se casuꝝ: tāto erāt miserior q̄to debebat eē felicior: qd nō ꝯuenit. D Ita quidē conseq̄ negare neq̄o. Sz hoc sepe nō solū sine incōueniētia sed τ laudabiliter τ supna gratia fieri cognoscit: mlˀtotiēs em̄ vt pauca de incōmodis iustoꝝ cōmemorē: q̄to quis iustior est: tāto maiore doloris cōpassione de aleno casu afficit Sepe em̄ eū q̄ maiorē habet in iusticia cōstantiā: videmꝰ ab iniustis maiorem pati psecutiōis instantiā. M Nō est eadē rō in hoībꝰ τ in illo angelo. Hominis em̄ natura ꝓpt pctm̄ primi parētis iam innūerabiliū icōmodoꝝ facta ē passibilis: ex q̄ passibilitate multis modis gratia nobis operat incorruptibilitatē: Ille xo adhuc nullo pctō p̄cedente alicuius mali nō inuenerat passionē. D Satisfecisti obiectioni mee. Patet em̄ q̄ h̄ ipsa rō sicut separat ab ipso malo angelo sui casus psciētiā: ita nihilominus omnē segregat opinionem. M Est τ aliud qd mihi satis videt ostendere nullo mō eū suā ante putauisse futurā p̄uaricationē. Nēpe vt coactā putauisset aut spontaneam: sed nec nullatenus erat vñ se aliquādo cogi suspicaret: nec q̄diu voluit ī veritate pseuerare: vllo mō putare potuit se sola volūtate illam desertuꝝ. Supra nāqz iā monstratum est eū q̄diu rectā voluntatē habuit in hac ipa volūtate voluisse pseuerare. Quapropter volēdo tenere perseueranter qd tenebat: nullo mō video vnde potuisset vel suspicari nulla alia accedēte cā: sola se illud desertuꝝ voluntate. Non nego illum sciuisse q꞉ posset mutare volūtatē quā tenebat: sz dico illū nō potuisse putare: q꞉ aliqñ omni alia cessante cā sponte mutaret voluntatē quā pseueranter tenere volebat. D Qui diligēter ītelligit qd dicis: patenter videt q꞉ nullo mō scire vł putare potuit angelꝰ malꝰ se factuꝝ qd malefecit.

Q sciuit se nō debere velle hoc qd volendo peccauit: τ debere puniri si peccaret: Capitulum XXII.

Sed τ hoc volo vt pariter ostēdas si sciuit se nō debere velle qd p̄uaricādo voluit. M In h̄ dubitare nō debes si supra dicta cōsideras. Si em̄ nescisset se nō debere velle quod iniuste voluit: ignorasset se debere volūtatē tenere quā deseruit. Quapropter nec iustꝰ esset tenendo: nec iniustus deserēdo iusticiā quā nescisset: īmo nec poterat ñ velle plus q̄ habebat: si nesciebat se debere esse ꝯtentū eo qd acceperat. Deniqz q꞉ ita ratiōal erat: vt nulla re ꝓhiberet vti rōne: nō ignorabat q̄d deberet vel nō deberet velle. D Rationē tuam nō video posse infirmari: sed tñ inde mihi videt quedā oriri q̄stio. Si em̄ sciebat se nō debere deserere qd accepat: vtiqz sciebat nihilominus se debere puniri si dese-

reret: Quomodo igitur sponte potuit velle vnde miser esset: qui acceperat inseparabiliter velle vnde btūs esset?

Q non debuit scire: quia si peccaret puniretur: Capitulum XXIII. M.

Sicut certū ē qz debere se puniri si peccaret ignorare nō potuit: ita qz puniret̄ si peccaret scire nō debuit. D Quō hoc ignorauit si ita rōnalis erat vt ei⁹ rōnalitas nō īpediret̄ veritatē cognoscere: sicut sepe nr̄a impedit̄ regnāte corruptibili corpore? M Quia rōnalis erat: potuit intelligere qz iuste si peccaret puniret̄. Sed qm̄ iudicia dei multa et īuestigabiles vie ei⁹: nequiit cōphēdere an de⁹ faceret qd̄ iuste facere posset. Sz et si qs dicat qz nullaten⁹ credere potuit deū creaturā suā ꝓpt̄ ei⁹ culpā dānaturū quā tāta sua bonitate fecerat: ꝑsertim cū nullū exēplū iusticie vlciscētis iniusticiam p̄cessisset: et certus esset nūerum in q̄ facturi erant q̄ deo frui deberēt tāta sapiētia esse ꝯstitutū: vt sicū nihil habebat sup̄fluū: ita si minueret̄: imꝑfect⁹ esset: nec tā p̄claꝝ opus dei ex aliq̄ pte permansurū imꝑfectum: nec vlla ratiōe scire posset si hō iam factus erat: deū humanam naturam ꝓ angelica: aut angelicā ꝓ humana si caderet substituturū: ꝫ potius vnā quamqꝫ in id ad quod facta erat ꝓ se nō pro alia restitutā: aut si factus nōdū hō erat: multo minus putare posset ad substitutionē alteri⁹ nature illū esse faciendū. Si inqꝫ aliquis hoc dicat: q̄ incōuenientia inest? Sz redeam⁹ ad hoc qd̄ dixerā: illum scꝫ hāc nō debuisse hr̄e scientiā. Si em̄ sciuisset nō posset volens et habens btītudinē spōte velle: vnde miser esset q̄re nō esset iustus nō volēdo qd̄ nō deberet: qm̄ nō posset velle. Sed et hac rōne cōsidera vtrū scire qd̄ q̄ris debuerit: nam si scisset aut peccasset: aut nō? D Vnū hoꝝ esset. M Si p̄renisa tanta pena nulla indigētia et nulla re cogente peccasset: tanto magis puniendus esset. D Ita est. M Nō ergo hec p̄scientia illi expediebat. D Vere peccaturo nō expediebat prescire penā. M Qz si nō peccasset: aut sola bona volūtate nō peccasset aut timore pene. D Nihil aliud dici pōt. M Sz qm̄ nō cauisset peccatū solo amore iusticie: ipso opere mōstrauit. D Nō est dubiū. M Si vero timore cauisset nō esset iustus. D Palaꝫ est nullo modo eū debuisse scire indictaꝫ sibi penā suū secuturā peccatū: Sz qm̄ eum angelū qui stetit et euꝫ q̄ nō stetit ī veritate: pari scientia ꝓditos in prima cōditiōe credim⁹: nō video cur illi negata sit scientia ista cui tam tenax erat bona volūtas vt sufficeret ad cauendū peccatū. M Non tñ posset nec deberet ꝯtēnere penā quā ꝑscisset. D Sic videt̄. M Sic̄ ergo solus amor iusticie: ita solū odiuꝫ pene sufficeret ad nō peccandū. D Nihil planius: M Duas igit̄ habuisset cās ñ peccādi: vnā honestā et vtilē: alterā inhonestam et inutilē. i. amorē iusticie et odium pene. Nā nō satis est honestum solo odio pene nō peccare: et ad non peccandū inutile est odiū pene vbi solus amor iusticie sufficit. D Non est qd̄ possim obijcere. M Quid ḡ? Nōne multo nitidius placet ei⁹ ꝑseuerantia: cū illa sola ꝑseuerādi causa videt̄ in illo q̄ vtilis est et honesta qz spōtanea: q̄ꝫ si simul sese illa ondéret que ītutilis et inhonesta: quia necessaria intelligitur?

Q etiam bonus angelus hoc scire non debuit: Capitulum XXIIII. D.

Sic patet qd̄ dicis: vt qd̄ paulo añ volebā eū sciuisse: nūc gaudeam eū nesciuisse: nisi qz nūc

eã dem eũ negare nõ possum⁹ hr̃e sciẽtiã quã ipo angeli exẽplo peccãt ignorare nõ põt. M Nõ nunc vterq₃ sc₃ bonus angelus ⁊ mal⁹ certus est qꝛ talẽ culpã talis sequit̃ pena: sicut scientia est ambob⁹ diuersa: ita est sciẽtie cã nõ eadẽ ⁊ finis dissimilis. Nã qd̾ ille scit ipo sui experimẽto: h̾ iste didicit solo alteri⁹ exemplo. S₃ ille illo mõ qꝛ ñ pseuerauit: iste alio mõ qꝛ pseuerauit. Quapropter sicut illi qm̃ vitupabiliter nõ pseuerauit sciẽtia sua est ad penam: sic isti qui laudabiliter pseuerauit scientia est ad gloriam. Si ergo ille dicitur hoc solo quia hanc habet scientiam: iam peccare non posse: satis patet: qa sicut gl'iosa est scia que ex laudabili pseuerãtia ẽ compata: sic ad gl'iam est ipotentia peccãdi: q̃ ex gl'iosa sciẽtia est nata. Queadmodũ g̃ malus angelus vituperãdus ẽ qꝛ nõ põt ad iusticiã redire: ita iste laudand⁹ est: qꝛ nõ põt abire. Sicut enĩ ille iam redire non põt qꝛ sola mala volũtate abijt: sic iste iã abire nõ p̃t: qꝛ sola bona volũtate pmãsit. Pala₃ igitur est: qꝛ sicut illi nõ posse recuperare: qd̾ deseruit est pena peccati: ita huic ñ posse deserere qd̾ tenuit est premiũ iusticie.

Qꝛ ille si etiã hoc solo dicit̃ iã nõ posse peccare qꝛ nũc habet sciam ex casu diaboli: tamen illi sit ad gloriam. Capitulum XXV. D.

Valde pulchra esset hui⁹ scie atq₃ ipotẽtie ista tua ɔtẽplatio si queadmodũ asseris: iõ bono angelo eadẽ sciã ⁊ ipotẽtia qꝛ pseuerauit: cõtigissent. Non enĩ eas adept⁹ esse videt̃ qꝛ ipe pseuerauit: ſ qꝛ desertor ñ pseuerauit. M Si ita est vt dicis: gaudere põt bon⁹ angel⁹ de casu apostate angeli: vtpote cui expediebat vt ille caderet: quoniam adeptus est hãc sciam q̃ nec peccare nec miser eẽ ampli⁹ possit: non qꝛ ipe bene meruit: ſ qꝛ ali⁹ male meruit: q̃ oĩa sunt nimia absurditate plena. D Quãto absurdius videtur: sic tu mõstras casum peccãtis angeli pfuisse stãti: tãto magis necessariũ ẽ: vt ostẽdas istũ nõ iõ adeptũ eẽ sciam de q̃ agit̃ qꝛ ille peccauit. M Nõ debes dicere iõ bonũ angelũ ad sciam pfecisse hãc qꝛ mal⁹ peccauit: ſ bonũ angelũ ideo pfecisse ad hãc scia₃ exẽplo cadẽtis: qꝛ ille peccauit. Si enĩ neuter peccasset: vtriq₃ daturus erat de⁹ eandẽ sciam merito pseuerãtie alio mõ sine alicui⁹ cadẽtis exẽplo. Null⁹ enĩ dicit deũ non alio mõ potuisse angelis suis hanc dare sciam. Cũ g̃ ille peccauit exẽplo ei⁹: istũ docuit q̃ doctur⁹ erat nõ impotentia quia alio modo non potuit: ſ maiore potentia qua de malo bonũ facere potuit: vt nec malũ inordinatũ in regno oĩpotẽtis sapiẽ pmaneret. D Placet mihi valde qd̾ dicis. M Patet itaq₃ si bonus angel⁹ h̾ solo iã peccare ñ posset qꝛ scit pctm̃ mali ãgeli penã secutã eẽ: qd̾ tñ h̾ ipotẽtia nõ illi eẽt ad minutionẽ laudis: ſ ad p̃miũ pˀuate iusticie. S₃ scis qꝛ supra claruit eũ iccirco peccare nõ posse: qm̃ merito pseuerãtie a deo puect⁹ est vt iã nõ videat qd plus velle q̃at. D Nihil excidit eoꝝ q̃ supra rõe inuestigante comperimus a memoria mea.

Qꝛ horremus audito nomine mali: et quid faciat opa q̃ videt̃ iniusticia facere: cũ ipsa ⁊ malum nihil sit. Capitulum XXVI.

Sed cũ oĩb⁹ q̃stiõib⁹ meis satisfeceris: illud adhuc expecto apiri: qd sit qd̾ horrem⁹ audito nomine mali: ⁊ quid faciat opera que iniusticia: que malum est: videtur facere: vt in raptore in libidinoso: cũ malũ nihil sit. M Breuit̃ tibi r̃ndebo. Malũ qd̾ ẽ iniusticia sp nihil est: malũ vero qd̾ ẽ incõmodi/

tas aliqñ sine dubio est nihil: vt cecitas: aliqñ est aliqd vt tristicia τ dolor. Et hãc icõmoditatẽ q̃ ẽ aliqd sp odio habem⁹. Cuꝫ itaq; audim⁹ nomen mali: nõ malũ qꝺ nihil est timemus: ꝫ malũ qꝺ aliqd ẽ qꝺ absentiã boni sequit᷑. Nã iniusticiã τ cecitatẽ q̃ malũ τ nihil sũt sequunt᷑ multa incõmoda q̃ malũ τ aliqd sunt: τ hec sũt q̃ horrem⁹ audito noĩe mali. Cũ aũt dicim⁹ q꞉ iiusticia facit rapinaꝫ aut cecitas facit hoĩem cadere in foueã: neq̃q̃ intelligendũ est ꝙ iiusticia aut cecitas faciãt aliqd: ꝫ si iusticia esset in volũtate τ visus i oculo: nec rapina fieret nec casus in foueaꝫ. Tale est cũ dicim⁹ absentia gubernaculi ĩpellit nauẽ in scopulos: aut absentia freni facit equũ discurrere: qꝺ nõ est aliud q̃ si gubernaculũ abest naui τ frenũ eq: q̃ si adessent nec vẽti nauẽ ĩpellerẽt nec equ⁹ discurreret. Sic nãq; gubernaclo nauis τ freno regit᷑ equ⁹: sic iusticia gubernat᷑ voluntas hominis τ visu pedes. D

Unde veniat malũ i angelum qui bonus erat: Capitulum XXVII. D

Sic mihi de malo q̃ est iniusticia satisfecisti: vt iã oẽs i corde meo q̃ de illo iesse solebãt q̃stiões sint deterse. De h̃ eñ malo q̃stio nasci videt᷑: qm̃ si esset aliq̃ essentia: esset a deo: a q̃ τ necesse est eẽ oẽ qꝺ aliqd est: τ impossibile est esse pctm̃ siue iiusticiã. De malo xo qꝺ est incõmoditas si aliqñ ẽ aliqd: nihil video recte fidei obuiare. Sꝫ ne tedeat te breuit᷑ rñdere fatue interrogatiõi mee: vt sciã q̃lit᷑ h̃ ipm̃ q̃rẽtib⁹ rñdeã: q̃ppe nõ sp facile est isipiẽti i sipiẽt᷑ q̃rẽti: sapiẽter rñdere. Quero igit᷑ vñ pmũ venit malũ qꝺ dr̃ iiusticia: siue pctm̃ in angelũ q̃ fact⁹ est iustus? M Dic tu mihi vñ venit nihil in aliqd. D Nihil nec venit nec recedit. M Cur ꝫ q̃ris vñ venit iiusticia q̃ nihil ẽ? D Quia qñ iusticia recedet inde vbi erat: dicimus accedere iniusticiã. M Dic ꝫ qꝺ magis ꝓprie τ apti⁹ dr̃: τ q̃re de abscessu iusticie. Siquidẽ sepe apta interrogatio expedit rñsionẽ τ inepta reddit impeditiorẽ. D Cur ꝫ recessit ab angulo iusto iusticia? M Si ꝓprie vis loq̃ nõ recessit ab eo: ꝫ ipe deseruit eã volẽdo qꝺ ñ debuit. D Cur deseruit eã? M Cũ dico q꞉ volẽdo qꝺ ñ debuit eã deseruit: aperte oñdo cur τ q̃ illam deseruit. Nã iõ illã deseruit q꞉ voluit qꝺ velle nõ debuit: τ h̃ mõ id volẽdo qꝺ ñ debuit illã deseruit. D Cur voluit qꝺ nõ debuit? M Nulla cã ꝓcessit hãc voluntatẽ nisi q꞉ velle potuit. D An iõ voluit q꞉ potuit? M Nõ q꞉ silr̃ potuit bon⁹ angel⁹ velle nec tñ voluit. Nã nul⁹ vlt qꝺ velle põt: iõ q꞉ pt sine alia cã: q̃uis nũq̃ velit si nõ pt. D Cur ꝫ voluit? M Nõ nisi q꞉ voluit. Nã h̃ volũtas nullã aliã hũit cãm q̃ ipelleret᷑ aliq̃ten⁹ aut attraheret᷑: ꝫ ipe sibi efficiẽs cã fuit si dici põt effect⁹.

Q᷑ ptãs volẽdi qꝺ nõ debuit: bona fuit sp τ ipm velle bonum q̃tum ad esse: Capitulum XXVIII. D

Si ptãs ipa volẽdi τ ipsum velle fuit aliqꝺ bonũ: fuit a deo. M Utrũq; fuit aliqd: τ ptãs quidẽ non nisi bonũ aliqd et spõtaneũ donũ dĩ: velle aũt scd̃m essentiã bonũ: ꝫ qm̃ nõ iuste: factũ est malũ: τ tñ a deo fuit a q̃ est oẽ qꝺ aliqd est. Nẽpe nõ solũ h̃ habet aliqs a deo qꝺ de⁹ spõte dat: ꝫ etiã qꝺ iniuste rapit dõ pmittẽte. Et sic dr̃ de⁹ facere qꝺ pmittit fieri: ita dr̃ dare qꝺ pmittit rapi. Qm̃ igit᷑ pmittẽte deo angel⁹ mal⁹ p rapinã vsus ẽ ptãte sa deo spõte data: a dõ habuit vti qꝺ ñ est aliꝺ q̃ ipm velle. Nõ est eñ aliꝺ velle q̃ vti ptãte volẽdi: sicut ideꝫ est loqui τ vti potestate loquendi.

Beati Anselmi dialogus de casu diaboli explicit.

Eiusdem beati Anselmi: liber pro insipiente incipit.

A Dubitanti vtrū sit: vel neganti q̄ sit aliqua talis natura q̄ nihil maius cogitari possit: cū esse illam huic dicit̄ p̄mo probari: quod ip̄e negās vel ambigēs de illa iam habeat eā ī intellectu: cū audiēs illā dici: id qd̄ dicit̄ ītelligit: deinde q2 qd̄ ītelligit: necesse est vt nō in solo intellectu: s; etiā in re sit. Et h̄ ita ꝓbat̄: q2 mai⁹ est esse in intellectu ꝛ in re q̄ȝ in solo intellectu: Et si illud in solo est in tellectu: maius illo erit q̄cq̄d etiam fuerit in re ac si maius oībus: minus erit aliq̄ ꝛ nō erit mai⁹ oībus: qd̄ vti q̄ȝ repugnat: Et iō necesse est vt maius oīb⁹: qd̄ est iā ꝓbatū: est in intellectu: nō in solo intellectu: s; in re sit: q̄m aliter maius oībus esse nō poterit. Respondeti forsitan pōt q̄ hoc iam eē dicit̄ in intellectu meo: nō ob aliud nisi q2 id qd̄ dī intelligo. Nōne ꝛ quecū q̄ȝ falsa ac nullo prorsus mō ī seipis existētia ī ītellectu habere silr̄ dici possem: cū ea dicente aliq̄: quecū q̄ȝ ille diceret: ego ītelligerez: nisi forte tale illud cōstat esse vt nō eo modo quo etiam falsa queq̄ȝ vel dubia haberi possint in cogitatiōe: ꝛ ideo non dico illud auditū cogitare vel in cogitatiōe habere: s; intelligere: ꝛ intelligit̄ habere: q2 sc; licet nō possum hoc aliter cogitare nisi intelligēdo: id est scientia cōprehēdēdo: re ipsa illud existere: sed hoc non est.

B Primo quidē nō h̄ erat aliud idem q̄ȝ tp̄e p̄cedens habere rem in intellectu ꝛ aliud id q̄ȝ tp̄e sequēs intelligere rem esse: vt fit de pictura q̄ pri⁹ est in animo pictoꝝ: deinde in ope. Deinde vix vnq̄ȝ poterit esse credibile: cum dictū ꝛ auditū fuerit illud: non eo mō posse cogitari nō esse quo etiā pōt non esse deus. Nā si non potest: cur cōtra negantē aut dubitantem q̄ sit aliq̄ talis natura: tota ista disputatio assūpta est? Postremo qd̄ tale sit illud vt nō possit nisi mox co gitatū indubitabilis existētie sue certo percipi intellectu: indubio aliquo ꝓbanduȝ mihi est argumēto: nō aūt isto q̄ iā sit h̄ ī intellectu meo cū auditum intelligo: in quo silr̄ esse posse quecunq̄ȝ alia incerta vel etiā falsa ab aliq̄: cuius verba intelligerentur dicta: adhuc puto ꝛ insuper magis si illa deceptus: vt sepe fit: credētur: q̄ istud nōdum credo. Unde nec illud exēplū de pictore picturā quā facturus est iā ī intellectu habente: satis potest huic argumēto ꝯgruere. Illa eñ pictura anteq̄ȝ fieret in ipsa pictoris arte habetur: ꝛ tale quippiam in arte artificis alicuius nihil est aliud q̄ȝ pars quedam intelligentie ipsius: quia ꝛ sicut sanctus augustinus ait: cū faber arcam facturus in ope: prius habet illā in arte. Arca que fit in opere: nō est vita: arca que est in arte vita est: q2 viuit anima artificis in qua sunt ista oīa anteq̄ȝ ꝓferantur. At quid eñ in viuente aīa vita sunt ista: nisi q̄a nihil sunt aliud q̄ȝ sciētia: vel intelligētia anime ipsi⁹? At vero quicquid extra illa q̄ ad ipsam mētis noscunt̄ ꝑtinere naturā: aut auditū: aut excogitatū ītellectu percipit̄. Uerū aliud est sine dubio veꝝ illud: aliud intellectus ipse quo capit̄: quocirca etiā si verum sit esse aliq̄d quo maius quicq̄ȝ nequeat cogitari: nō tamen hoc auditum ꝛ intellectū: tale est: qualis nondū facta pictura ī intellectu pictoris. Huc accedit illud: quod pretaxatū est superius: q2 sc; illud omnibus q̄ cogitari possint maius: qd̄ nihil aliud posse esse dicit̄ q̄ȝ ipse deus. Tam ergo secundum rem vel ex specie mihi vl̄ ex genere notā cogitare auditū vl̄ intellectum habere nō possum: q̄ȝ nec ipsum deū quē vti q̄ȝ ob hoc ipsuȝ etiā

nō esse cogitare possum. Neqȝ enim aut rem ipam noui: aut ex alia possū conijcere simili: qñquidem ꝛ tu talē asseris illā vt esse nō possit simile q̄c q̄. Nam si de homine aliq̄ mihi prorsus ignoto: quē etiā esse nescirē: dici tñ aliq̄d audirē p illā specialē generalē vc noticiā q̄ quid sit hō vel homines noui: de illo quoqȝ scđm rem ipsam que est hō cogitare possem: et tñ fieri posset vt mētiente illo q̄ diceret: ipē quē eē cogitarem: hō nō eēt: cum tñ ego de illo scđm veram nihilominus rem: nō q̄ esset ille hō sed q̄ est hō q̄libet cogitarē. Nec sic igitur vt haberē falsum istud in cogitatōe vel ī itellectu: habere possū illđ cū audio dici: de⁹ aut aliud oib⁹ mai⁹. Cū qñ illud scđm rem verā mihiqȝ notam cogitare posse istud omnino neq̄am: pōt vllū cogitari vez? Siq̄dez cū ita cogitaꝛ: ñ tā ipa vox que res est vtiqȝ vera: h̄ est lrarū sonus vl' syllabaꝝ: q̄ voci audite significatio cogiteꝛ: ꝫ nō ita vt ab illo q̄ nouit q̄d ea soleat voce significari a q̄ scȝ cogitaꝛ scđm rē vl' in sola cogitatione vera. Ceꝝ vt ab eo q̄ illud nō nouit: ꝛ solūmō cogitat scđm animi motū illius auditu vocis effectum significationēqȝ pcepte vocis conātē effingere: sibi qđ mirū est si vnq̄ rei veritate potuerit. Ita ḡ nec prsus aliter adhuc in intellectu meo cōstat illud haberi: cū audio intelligoqȝ dicentē esse: aliq̄d mai⁹ oib⁹ q̄ valeāt cogitari: h̄ de eo qđ sūma illa natura iam esse diciꝛ in intellectu meo. Qđ aūt ꝛ in re necessario esse inde mihi pbaꝛ: qꝛ ibi fuerit q̄cq̄d est maius: in re illa erit: ac si p h̄ ñ erit illud mai⁹ oibus: qđ vtiqȝ iam esse pbatū est ī intellectu. Ad h̄ rñdeo sic esse dicendū. Est ī intellectu qđ scđm veritatē cuiusq̄ rei neq̄t saltē cogitari: ꝛ in h̄ in meo sic esse nō denego. Sȝ qꝛ p h̄ esse quoqȝ in re nō pōt nullaten⁹ obtinere: illđ ei esse adhuc penit⁹ nō cōcedo quisqȝ mihi argumēto pbeꝛ in dubio: qđ qui esse dicit h̄ qđ maius oibus aliter nō erit oib⁹ min⁹: nō satis attēdit cui loquaꝛ. Ego eñ nondum dico: imo etiā nego vel dubito vlla re vera esse mai⁹ illud: nec aliud ei esse ꝯcedo q̄ illud si dicendū ē eē cū scđm vocē tm̄ auditā rez prorsus ignotā sibi conaꝛ animus effingere. Quō igiꝛ inde mihi pbaꝛ maius illud rei veritate subsistere: qꝛ ꝯstet illud mai⁹ oibus eē: cū id ego eousqȝ negē: adhuc dubitē ve cōstare: vt ne intellectu q̄dem vel cogitatiōe mea eos saltē mō maius ipm eē dicam: q̄ dubia etiā mlta sunt ꝛ incerta. Prius eñ certū mihi necesse ē: fiat revera esse alicubi mai⁹ ipm: ꝛ tñ deinde ex eo qđ mai⁹ est oibus: in seipo q̄qȝ sbsistere nō erit ābiguū. Exēpli gra: Aiunt q̄dā alicubi oceani eē insulaꝝ quā ex difficultate vl' poti⁹ ex īpossibilitate inueniēdi: qđ nō ē cognomināt: aliq̄ pditā quā qȝ fabulanꝛ ml'to amplius q̄ de fortunatis insulis ferꝛ diuitiarū delitiarumqȝ omniuȝ iestimabili vbertate pollere: nulloqȝ possessore aut habitatore: vniuersis alijs q̄s incolūt homines terris possidendoꝝ redūdantia vsqȝquaqȝ p̄stare. Hoc ita eē dicat mihi quispiā: ꝛ ego facile dictū in quo nihil est difficultatis intelligam. Ac si tūc velit consequenter adiūgat: ac dicat: nō potes vltra dubitare insulā illā oīmbus terris prestantiorē vere esse alicubi in re q̄ in intellectu tuo nō ambigis esse: ꝛ quia prestātius est nō in intellectu solo ꝫ etiā esse in re. Iō sic eā necesse est esse: qꝛ nisi fuerit: q̄cunqȝ alia ī re est terra p̄stātior: illa erit ac si ipa iā a te p̄stantior: ꝛ ītellecta p̄stantior nō erit. Si inq̄ p h̄ ille mihi velit astruere de insula illa qđ vere sit ābigendū vltra nō esse: aut iocari ipm credā: aut nescio quē stultiorē debeā reputare: Atꝝ me si ei cōcedā: an illū si se putet aliq̄ certitudine insule illi⁹ essentiā astruxisse: nisi prius ipam p̄stantiā ei⁹ solūmō sicē

rem vere atq indubie existentē: nec vllatenus sicut falsum aut incertum aliqđ in intellectu: ⁊ eo eē docuerit. Hoc interim ad obiecta insipiēs ille respōderit: cui cū deinceps asserit̄ tale esse maius: illud vt nec sola cogitatiōe valeat nō esse: ⁊ hoc rursus non aliunde pbat̄ q̄ eo ip̄o q aliter non erit oībus maius: idemq̄ ip̄m possit respondere ⁊ dicere. Qn̄ em̄ ego rei veritatem esse tale aliqđ: hoc est maius oībus dixi: vt ex hoc mihi debeat p/bari intm̄ etiam re ip̄a id esse vt nec possit cogitari nō esse. Quapropter certissimo primit⁹ aliq̄ pbandū est argumēto: aliquā superiorē: h̄ ē maiorem ac meliorē oīm q̄ sunt esse na/turā: vt ex hac alia iā possimus oīa pbare: q̄bus necesse est ac qđ maius meli⁹ est: illud oībus nō carere. Cuz aūt dicit̄ q sūma res ista non esse neq̄at cogitari: melius fortasse dice/
B retur q nō esse aliqđ etiā posse non esse nō possit intelligi: nā scđm pprietatem verbi istius: falsa neq̄unt in/telligi: que possunt vtiq eo mō cogitari q̄ deū nō esse insipiens cogitauit: et me quoq esse certissime scio: sed ⁊ posse nō esse nihilominus scio: sūmū vero illud quod est scz ⁊ de⁹ ⁊ esse ⁊ non esse non posse: indubitanter in/telligo. Cogitare aūt me nō esse q̄/diu esse certissime scio: nescio vtrum possim: s; si possuz: cur ⁊ nūq̄d aliud eadē certitudine scio? Si aūt nō possum: nō erit iaz istud pprīū deo. Cetera libelli illi⁹ tā veraciter ⁊ tā p̄/clare sunt magnificeq p̄stantia: tāta deniq refstricta vtilitate ⁊ pij ac scti affect⁹ intimo q̄dā odore fragrantia vt nullo modo pp̄ter illa q̄ virtus recte q̄dē sensa s; min⁹ firmiter argumētata sibi ista sint ɔtēnēda: s; illa poti⁹ argumētāda robusti⁹: ac oīa cū ingēti veneratiōe ⁊ laude suscipienda.

Beati Anselmi liber pro insipite explicit.

Eiusdem beati Anselmi liber ɔtra insipiētē Incipit.

Quoniam nō me rep̄hendit ī his dictis ille insipiēs cō/tra quē sum locutus in meo opusculo: s; quidā non insipiēs ⁊ catholicus p insipiē/te sufficere mihi pōt r̄ndere catholi/co. Dicis quidē q̄cunq es q̄ dicis h̄ posse dicere īsipiētē: q2 nō est ī intellectu aliqđ suo mai⁹ qđ cogitari nō possit aliter q̄ qđ scđm ꝟitatē cuius q̄ rei neq̄t saltē cogitari: ⁊ qđ magis cōsequit̄ h̄ qđ dico q̄ maius cogitari nō possit: ex eo q2 ē in intellectu esse ⁊ ī re: quā pditā insulā certissime ex eo cū describit̄ verbis audiēs eā nō ambigit ī intellectu suo esse. Ego ꝟo dico si q̄ mai⁹ cogitari nō pōt: nō in/telligit̄ vl̄ cogitat̄: nec ē in intellectu vl̄ cogitatiōe pfecto de⁹: aut nō ē q̄ mai⁹ cogitari nō possit: aut nō intel/ligit̄ vel cogitat̄ ⁊ nō est in ītellectu vl̄ cogitatiōe. Qđ q̄ falsū sit: fide ⁊ ɔscia tua p firmissimo vtor argumēto. Ergo q̄ mai⁹ cogitari nō p̄t vere intelligit̄ ⁊ cogitat̄ ⁊ ē in intellectu ⁊ cogitatiōe. Quare aut vera n̄ sūt q̄b⁹ conaris ɔtra pbare: aut ex eis n̄ ɔsequit̄ qđ te ɔseq̄nt̄ opinaris ɔclu/dere. Qđ aūt putas ex eo qđ intelligit̄ aliqđ q̄ mai⁹ cogitari neq̄t non ɔseq̄ illđ eē in ītellectu: nec si est ī in/tellectu iō eē in re iō ē in re. Certe ĝ dico si vel cogitari p̄t eē: nccē est illđ eē: Nā q̄ mai⁹ cogitari neq̄t: nō pōt cogitari esse nisi sine initio. Quicq̄d aūt pōt cogitari eē ⁊ nō esse p initiū pōt cogitari eē. Nō ĝ q̄ mai⁹ cogitari neq̄t cogitare pōt eē ⁊ nō eē. Si ĝ p̄t cogitari eē illđ ex nccitate ē. Am/pli⁹: Si vtiq vl̄ cogitari pōt: necesse est illud esse. Nullus em̄ negās aut dubitās eē aliqđ q̄ mai⁹ cogitari nō possit: negat vl̄ dubitat q2 si eēt nec

actu nec intellectu posse nõ eẽ. Alit nãq; nõ eẽt q̃ mai⁹ cogitari nõ posset: ꝫ q̃cq̃d cogitari põt ⁊ nõ ẽ si eẽt posset vl' actu vl' ĩtellectu ñ eẽ. Quare si nihil cogitari põt: nõ p̃t nõ eẽ q̃ mai⁹ cogitari neq̃t. Sꝫ ponam⁹ non eẽ si vl' cogitari valet: aut q̃cq̃d cogitari p̃t ⁊ nõ ẽ: si esset nõ esset q̃ mai⁹ cogitari non possit: q̃ꝺ nimis ẽ absurdũ. Falsũ est igiť nõ esse aliq̃d q̃ maius cogitari nõ possit: si vel cogitari p̃t: mltoq; magꝭ si intelligi ⁊ ĩ intellectu eẽ p̃t. Plus aliq̃d dicã: pcul dubio q̃cq̃d alicubi aut aliq̃ñ nõ ẽ etiã si ẽ alicubi aut aliq̃ñ: põt tñ cogitari nũq̃ꝫ nusq̃ꝫ eẽ sic nõ est alicubi aut aliq̃ñ. Nã q̃ꝺ heri ñ fuit ⁊ hodie ẽ: sicut heri nõ fuisse intelligiť: ita nũq̃ꝫ eẽ subintelligi põt: ⁊ q̃ꝺ hic nõ est ⁊ alibi est: sicut nõ est hic: ita põt cogitari nusq̃ꝫ eẽ. Silr cui⁹ ptes singule nõ sunt vbi aut q̃ñ sunt alie ptes ei⁹: oẽs ptes ⁊ iõ ip̃m totũ possunt cogitari nunq̃ꝫ aut nusq̃ꝫ eẽ. Nã etsi dicať tp̃s sp eẽ: aut mũd⁹ vbiq;: nõ tñ illud totũ sp: aut iste sp est vbiq;: ⁊ sicut singule ptes tp̃is nõ sunt q̃ñ alie sunt: ita possunt etiã nũq̃ꝫ cogitari ⁊ singule mũdi ptes: sicut nõ sunt vbi alie sunt: ita subintelligi possunt nusq̃ꝫ eẽ: ꝫ ⁊ q̃ꝺ ptib⁹ iũctũ est cogitatione dissolui ⁊ ñ eẽ põt. Quare q̃cq̃d alicubi aut aliq̃ñ totũ nõ est: etiã si ẽ p̃t cogitari nõ esse: ac q̃ mai⁹ cogitari neq̃t si est nõ p̃t cogitari nõ eẽ: alioq̃n si est nõ est q̃ mai⁹ cogitari nõ possit: q̃ꝺ nõ ꝯuenit. Nullaten⁹ ꝫ alicubi aut aliq̃ñ totũ nõ est: ꝫ sp ⁊ vbiq; totũ est. Putas ne aliq̃ten⁹ posse cogitari vl' intelligi aut eẽ ĩ cogitatiõe vel intellectu de q̃ hꝫ intelliguntꝰ? Si eñ nõ p̃t: nõ possunt hꝫ ĩtelligi de eo. Q̃ꝺ si diciť nõ intelligi ⁊ nõ eẽ ĩ intellectu q̃ꝺ nõ penit⁹ ĩtelligiť: dic q̃ꝛ q̃ nõ põt intueri purissimã lucẽ solis nõ videt lucẽ diei q̃ nõ ẽ nisi lux solis. Certe vl' hacten⁹ intelligiť ⁊ ẽ in intellectu q̃ mai⁹ cogitari neq̃t vt hꝫ de eo intelligãť. Dixi itaq; ĩ argumẽtatiõe q̃ã rep̃hendis: q̃ꝛ cũ insipiẽs audit pferri q̃ mai⁹ cogitari nõ põt: intelligit q̃ꝺ audit. Utiq; si nõ intelligit si nota lingua diciť: aut nullũ aut nimis obrutum habet intellectũ. Deinde dixi q̃ꝛ si intelligiť est in intellectu: an nõ est ĩ nullo ĩtellectu q̃ꝺ necessario in rei veritate esse monstratũ est? Sꝫ dicis q̃ꝛ si est in intellectu: ñ tñ ꝯsequiť q̃ꝛ intelligiť. Uide q̃ꝛ ꝯseq̃tur eẽ in ĩtellectu ex eo q̃ꝛ intelligiť. Sic eñ q̃ꝺ cogitať cogitatione cogitať: ⁊ q̃ꝺ cogitatiõe cogitatur sicut cogitať sic est in cogitatiõe: ita q̃ꝺ intelligiť intellectu intelligiť: ⁊ q̃ꝺ intellectu intelligiť sicut intelligiť sic est ĩ intellectu. Quid hoc planius? Postea dixi quia si est vl' in solo intellectu: põt cogitari esse ⁊ in re q̃ꝺ maius est. Si ergo in intellectu solo est idip̃m scꝫ quo maius nõ põt cogitari: ẽ quo maius cogitari põt: rogo quid consequẽtius: an eñ si est vel in solo intellectu nõ põt cogitari esse in re: aut si põt: nõne q̃ hoc cogitat aliud cogitat maius eo si est in solo intellectu? Quid ꝫ ꝯsequentius q̃ꝫ si quo maius cogitari neq̃t est in solo intellectu: idem esse quo maius cogitari possit? Sed vtiq; quo mai⁹ cogitari põt in nullo intellectu est q̃ maius cogitari nõ possit. An ergo non seq̃tur: q̃ maius cogitari neq̃t si est in vllo intellectu: nõ est in solo intellectu? Si enim est in solo intellectu est quo mai⁹ cogitari potest: quod nõ ꝯuenit. Sꝫ tale est maius ac si aliquis insulã oceani omnes terras sua fertilitate vincẽtẽ: que difficultate: immo impossibilitate inueniendi q̃ꝺ non est pdita nominať. Dicat iccirco non posse dubitari vere esse in re: quia verbis descriptã facile quis intelligit. Fidẽs loquor: quia si quis nõ venerit nisi aut re ip̃a aut sola cogitatione existens quod maius cogitari nõ possit: cui aptare valeat connexionem huius mee argumẽtatiõis inueniã ⁊ dabo illi perditam insulã.

amplius nō perdendam. Palā aūt iaȝ videt: quo nō valet cogitari maius nō posse cogitari nō esse: qđ tam certa rōne veritatis existit: aliter eñ nullatenus existeret. Deniq; si quis dicit se cogitare illđ nō esse: Dico q̄ cuȝ hoc cogitat: aut cogitat aliquod quo maius cogitari nō possit: aut nō cogitat. Qđ si nō cogitat: nō cogitat nō esse quod nō cogitat. Si vero cogitat: vtiq; cogitat aliqđ qđ nec cogitari possit nō esse. Si eñ posset cogitari ñ esse: cogitari posset habere pn cipium ꝛ finē: sed h̄ non pōt. Qui ḡ illud cogitat: aliquid cogitat qđ nec cogitari nō esse possit: hoc vero qui cogitat: nō cogitat idipsū esse: alioquin cogitat quod cogitari nō potest. Non igit̄ pōt cogitari non esse quo maius nequit cogitari. Quod aūt dicis: quia cum dicit̄ quod summa res ista nō esse nequeat cogitari: melius fortasse diceret̄ ꝙ nō esse aut etiam posse nō esse: nō possit intelligi: potius dicendū fuit nō posse cogitari. Si eñ dixissem rem ipsam nō posse intelligi nō esse: fortasse tuipse qui dicis qꝛ scđm ꝓprietatem verbi istius falsa nequeunt intelligi obijceres: nihil quod est posse intelligi nō est falsū: est eñ nō esse qđ est: quare nō est ꝓpriū deo non posse intelligi nō eē. Quod si esset: aliq̄d eoꝝ que certissime sunt pōt intelligi non esse: similiter ꝛ alia certa nō eē posse intelligi. Sȝ hoc vtiq; nō p̄t obijci de cogitatione si bene cōsideret̄. Nā etsi nulla q̄ sunt pñt intelligi nō eē: oīa tñ pñt cogitari nō esse preter id qđ sūme est. Illa q̄ppe oīa ꝛ sola pñt cogitari nō esse q̄ initiū aut finē aut ptiuȝ habēt cōiunctionē. Et sic iam dixi: q̄cquid alicubi aut aliqñ totuȝ nō est: illud vero solū nō pōt cogitari non esse in quo nec initium nec finem nec partiū cōiunctionē ꝛ qđ ñ nisi semp ꝛ vbiq; totū ulla inuenit cogitatio. Scito igitur qꝛ potes cogitare te non esse q̄ꝺiu eē certissime scis qđ te miror dixisse nescire. Multa namq; cogitam⁹ nō esse q̄ scimus esse: ꝛ multa esse q̄ nō esse scim⁹: nō existimādo sed fingēdo ita esse cogitam⁹. Et illō q̄dē possum⁹ ꝛ istud scimus: ꝛ nō possum⁹ cogitare aliquid nō esse q̄ꝺiu scim⁹ eē: quia simul ꝛ illud possumus ꝛ istud scim⁹: ꝛ non possum⁹ cogitare non eē q̄ꝺiu scim⁹ eē: qꝛ nō possumus cogitare eē simul ꝛ non eē. Si quis igit̄ sic distinguat huius ꝓlatiōis has duas sententias: intelliget nihil q̄ꝺiu esse scit̄ posse cogitari non eē: ꝛ quicquid est: p̄ter id quo maius cogitari neq̄t: etiā cū scitur esse posse cogitari nō esse. Sic igit̄ ꝛ ꝓpriū est deo nō posse cogitari non esse: ꝛ tamē multa pñt cogitari q̄ꝺiu sunt nō esse. Quomodo tamen dicatur cogitari deus nō esse: in isto libello puto sufficienter esse dictum. Qualia vero sint ꝛ alia: q̄ mihi obijcis ꝓ insipiente: facile est dep̄hendere vl̄ paꝝ sapiēti: ꝛ ideo id ostendere supsedēdū existiauerā. Sȝ qm̄ audio quibusdā ea legētibus aliq̄d ꝯtra me valere videri: pauca de illis cōmemorabo. Primū ꝙ sepe repetis me dicere: qꝛ qđ est maius oībus in intellectu: ꝛ si est in intellectu est ꝛ in re: aliter eñ oīb⁹ maius nō esset oīb⁹ mai⁹. Nusq̄ in oīb⁹ dictis meis inuenit̄ talis ꝓbatio. Non eñ idem valet qđ dicit̄ maius oībus ꝛ quo maius cogitari neq̄t ad ꝓbandum: qꝛ est in re qđ dicit̄. Siq̄dē cū di q̄ mai⁹ cogitari nō possit nō esse aliq̄d in re: aut posse nō esse: aut vl̄ nō esse posse cogitari: facile refelli pōt. Naȝ qđ nō est pōt nō esse: ꝛ qđ nō esse p̄t cogitari pōt non esse. Quicq̄d autē cogitari pōt nō eē si est: nō est q̄ maius cogitari nō possit. Qđ si nō est: vtiq; si esset nō esset q̄ maius nō possit cogitari. Sȝ dici nō p̄t: qꝛ q̄ mai⁹ nō possit cogitari: si est non est q̄ maius cogitari nō possit: aut si esset nō esset q̄ nō posset cogitari mai⁹. Patet ḡ qꝛ nec nō est nec p̄t nō esse aut

cogitari nō esse. Aliter em̄ si est nō ē qđ dicit: ⁊ si esset nō esset. Hoc aūt non tam facile ꝓbari posse videt de eo qđ maius dicit omnib⁹. Non em̄ ita patet: q2 qđ non esse cogitari pōt nō est mai⁹ oībus q̄ sunt: sicut q2 non est quo maius cogitari non possit: nec sic est indubitabile: quia si est aliquod maius oībus: non est aliq̄d q̄ quo maius nō possit cogitari: aut si esset nō esset simili ter aliq̄d: quoniam certū est de eo qđ dicit q̄ maius cogitari nequit. Quid em̄ si quis dicat esse aliqđ maius oībus que sunt ⁊ idipsū tñ posse cogitari nō esse: ⁊ aliq̄d maius esse: etiā si non sit: posse tamē cogitari an hoc sic apte inferri pōt. Non est ergo maius oībus q̄ sunt: sicut vbi aptissime diceret: ergo non est quo maius cogitari nequit. Illud nāq3 alio indiget argumento q̄ hoc qđ dicit oīb⁹ maius. In isto vero non est opus alio q̄ hoc ipso qđ sonat: quo mai⁹ cogitari nō possit: ꝗ si non similiter pōt ꝓbari de eo quod maius oībus dicit: quod de se per seipsum ꝓbat quo maius nequit cogitari: iniuste me reprehēdisti dixisse qđ nō dixi: cū tm̄ differat ab eo qđ dixi. Si vero vel post aliud argumentū posuisti: nec sic me debuisti reprehendere dixisse quod ꝓbari
K potest. Utrū aūt possit facile ꝑpēdi qui hoc posse q̄ maius cogitari neq̄t cognoscit: nullaten⁹ em̄ potest intelligi q̄ maius cogitari nō possit nisi id quod solū oībus est maius. Sicut ꝗ quo maius cogitari nequit intelligitur: ⁊ est in intellectu: ⁊ ideo esse ī rei veritate asserit: sic qđ maius dicitur oīb⁹: intelligi ⁊ esse in intellectu: ⁊ iccirco re ipsa esse ex necessitate ꝯcludit. Uides ergo q̄ recte me cōparasti stulto illi q̄ hoc solo quod describta intelligeret: ꝑditā insulā esse vellet asserere. Quod aūt obijcis quelibet falsa vel dubia similiter posse ītelligi ⁊ esse in intellectu: queadmodū illud qđ dicebā: Miror q̄ h̄ sensisti cōtra me dubiū ꝓbare volentē: cui primū hoc sat erat vt q̄libet mō illud intelligi ⁊ esse in intellectu oñderē: quo ꝯseq̄nter consideraret vt3 eēt ī solo intellectu velut falsa: an ⁊ re vt vera. Nā si falsa ⁊ dubia: h̄ mō intelligunt ⁊ sunt in intellectu: qđ cū dicunt audiēs intelligit q̄d dicēs significet: nihil ꝓhibet qđ dixi intelligi ⁊ eē in intellectu: q̄ mō aūt sibi cōueniat qđ dicis: qđ falsa dicēte aliq̄ q̄cunq3 ille diceret intelligeres: ⁊ q̄a illud qđ nō est eo mō quo etiā falsa habent in cogitatiōe: non dicēs auditum cogitare aut in cogitatiōe habere: ꝗ intelligere ⁊ in intellectu habere: q2 sc3 nō possum hoc aliter cogitare nisi intelligēdo: id est scientia cōꝑhēdēdo re ipsa illđ existere: Quō ī quā conueniāt ⁊ falsa intelligi ⁊ intelligere eē scia cōꝑhēdere existere: alind nil ad me: tu videris. Quod si ⁊ falsa aliquo mō intelligunt: ⁊ non omnis ꝗ cuiusdā intellect⁹ est hec diffinitio: nō debui reꝑhendi: quia dixi quo maius cogitari nō possit intelligi ⁊ in intellectu esse etiā antequā certum esset re ipsa illud existere. Deinde q̄ dicis vix vnq̄ posse esse credibile cum dictū ⁊ auditū fuerit istud nō eo mō posse cogitari non esse: quo etiam potest cogitari non esse deus. Respōdeant pro me qui vel paruā scientiā disputandi argumētandiq3 attigerūt. An em̄ ronabilis ē vt idcirco neget aliquis quod intelligit: quia esse dicitur id quod negat: quia non intelligit aut si aliquando negatur quod aliquatenus intelligit: ⁊ idē est illi quod nullatenus intelligitur: nonne facilius ꝓbat quod dubium est de illo quod in aliquo q̄ de eo quod in nullo est intellectu? Quare nec credibile potest esse iccirco quēlibet negare quo maius cogitari neq̄t quod auditū aliq̄tenus intelligit: q2 negat deū cui⁹ sensu3 nullo modo cogitat. Ac si ⁊ illud q2 nō omnino intelligit negatur: minime:

M tamē facilius id qđ aliquo mō q̄ꝫ id qđ nullo modo intelligiť ꝓbať. Nō ergo irrationabiliter contra insipientem ad probandum deū esse attuli quo magis cogitari nō possit: cū illđ nullo mō: istud aliq̄ mō intelligeret. Qđ vero tam studiose ꝓbas q̄ mai⁹ cogitari neq̄t: nō tale esse q̄lis nōdū facta pictura in intelletu pictoris sine cā fit. Nō em̄ ad hoc ꝓtuli picturam p̄cogitatā vt tale illud de quo agebať vellē asserere: ꝫ tm̄ vt aliq̄d esset i intellectu qđ esse nō intelligeretur possem ostendere. Itē ꝙ dicꝭ: q̄ maius cogitari nequit scđm rē vel ex genere tibi vel ex specie notam te cogitare auditū vel intellectū habere nō posse: qm̄ nec ip̄am rem nosci: nec eā ex alia simili potes conijcere: palā est rem aliť sese habere: qm̄ nāꝙ oīe minus bonū intantū est sile maiori bono: inquātū est bonū. Patet cuilibet rationabili mēti quia de minoribus bonis ad maiora cōscendendo ex his quib⁹ aliq̄d maius cōgitari pōt: multū possum⁹ conijcere illud q̄ nihil potest maius cogitari. Quis em̄: verbigratia: vel hoc cogi-
N tare non potest etiā si non credat in re esse quod cogitat: scilicet si bonuꝫ est aliquod qđ initium ⁊ finē habꝫ: multo melius esse bonū qđ licet incipiat: nō tamē desinit: ⁊ sic istud illo melius est: ita istud esse melius illo quod nec finē habet nec initiuꝫ etiā si semꝑ de preterito per p̄sens trāseat ad futuꝝ: ⁊ siue sit in re aliquod huiusmodi siue nō sit: valde tamen eo melius esse id quod nullo modo indiget vel cogiť mutari vel moueri an hoc cogitari nō pōt: aut nō est ꝫ ex his trib⁹ maius: cogitari valet conijcere id quod mai⁹ cogitari neq̄t. Est igiť vnde possit conijci q̄ maius cogitari nequeat. Sic itaꝙ facile refelli pōt insipiens qui sacrā auctoritatem non recipit si negat quo mai⁹ cogitari nō valet ex his rebus conijci posse. At si quis catholicus ħ ne-

get: meminerit q꞉ inuisibilia dei a cre- Ro. 1.
dubitat. Quibus aūt daẜ gratia fidei christiane: sic illis in baptismo dimittiẜ originalis iniusticia cū q̄ nascuntur: ita oīs culpa īpotētie ⁊ totius corruptiōis quā ꝓpẜ pctm̄ p̄mi homīs īcurrerāt: ⁊ p quā inhonoraẜ deus: ignosciẜ. De nulla nāq̧ culpa q̄ ante baptismū in illis erat: post baptismū arguiẜ: q̄uis ipa corruptio ⁊ appetitus: q̄ sūt pena pctī: nō statim in baptismo deleanẜ: nec vllū illis īputaẜ delictū post baptismū nisi qd̄ sua volūtate fecerunt. Vn̄ apparet quia corruptio ⁊ mala q̄ fuerūt pena pctī ⁊ post baptismū remanēt: nō sūt p se pctā. Sola nāq̧ ē p se iniusticia pctm̄: ⁊ illa q̄ sequūẜ iniusticiā ꝓpter causā suā iudicāẜ pctā donec ipsa remittaẜ. Nā si pctā eēnt: in baptismo delerenẜ in q̄ oīa pctā in sanguine christi lauanẜ. Itē si ꝓprie pctā dicerēẜ: eēnt in brutis aīalib⁹ pctā ad q̄r simi litudinē illa ꝓpter pctā nostra sustinet natura. Est ⁊ aliud qd̄ valde timendū ē qd̄ in p̄mo pctō hūane na
Ps. 77. ture cognosci pōt. Qm̄ eī homo ē spūs vadēs ⁊ nō rediēs: postq̄ spōte cadit (vt de volūtarijs pctis nūc loquimur tātū) nullo mō pt̄ resurgere nisi grā releueẜ: ẜ merito suo: de pctō in pctm̄ vsq̧ ī abyssū pctōr sine fundo: hꝫ ē ꝓfūdo sine estimatiōe demergaẜ: nisi misericordia retineaẜ: ita vt etiā illi bonū vertaẜ in odiū ⁊ fit ei
Joh. 15. in mortē. Vn̄ dicit dn̄s aplīs: Si mū
2. Cor. 2. dus vos odit scitote q̄r me priorē vobis odio habuit. Et Aplus: Bonus odor sum⁹ deo: alijs q̄dē odor mortꝭ in mortē: alijs aūt odor vite in vitā: ꝓpẜ qd̄ d̄r de eo: q̄r cui vult misereẜ
Roma. 9 ⁊ quē vult indurat. Ver q̄r misereẜ nō oīm eq̄liter misereẜ: neq̧ q̄s idurat oēs eq̄liẜ indurat. Cur aūt ī hac vita pseueret in nobis pena pctī deleto pctō: alia q̄stio ē. De q̄ licet nūc tractare nō ꝓposuerim⁹: breuiter tm̄ dico: q̄r si ī icorruptionē statim ī baptismo vel in martyrio mutarenẜ fideles: piret meritū: vt hoīes nisi illi q̄ p̄mi sine exēplo crederēt: nllo mō saluarenẜ. Nēpe deficeret fides ⁊ spes: sine q̄b⁹ nll⁹ hō hn̄s ītellectū: regnū dei mereri pōt: fides nā q̧ ⁊ spes sūt earꝫ rerꝫ q̄ nondū videnẜ. Cū eīm viderēẜ hoīes q̄ ad christū ↄuerterēẜ: statim trāsire ad incorruptibilitatē: null⁹ eēt q̄ saltē velle posset se sbtrahere a tanta btītudine quā videret.
At gloriosi⁹ p fidei atq̧ spei meritū beatitudinē quā desideram⁹ adipiscamur: manem⁹ q̄diu in hac vita sumus in hoc qd̄ iā nō imputaẜ ad peccatū q̄uis euenerit ꝓpẜ pctm̄. Deniq̧ nō ꝓmittiẜ nobꝭ p baptismū ⁊ fidē christianā btītudo quā habebat adā ante pctm̄ in padiso: ẜ quā habitur⁹ erat qn̄ cōplet⁹ esset numer⁹ hoīm q̄ assumēdi erāt ad pficiendā ciuitatē supernā: q̄ ⁊ de angelꝭ ⁊ d̄ hoib⁹ ē cōplenda: vbi nō generabūt homīes sicut facerēt in padiso. Si ḡ ↄuersi ad christū mox trāsirēt in illā incorruptibilitatē: nō eēnt hoīes de q̄b⁹ colligi posset ille numer⁹: qm̄ ad btītudinē quā viderēt: null⁹ posset nō festinare. Hoc puto esse qd̄ dicit Apl's
Heb. d̄ illis: Qui p fidē opati sūt iusticiā: ⁊ hi inq̄t oēs testimonio fidei ꝓbati nō acceperūt repromissionē deo pro nobis meli⁹ aliq̄d ꝓuidēte ne sine nobis ↄsūmarenẜ. Si eīm q̄ritur q̄d nobis meli⁹ ꝓuiderit ex hꝫ q̄r illi nō acceperūt repromissionē: nihil ↄuenientius rn̄deri posse video: q̄ qd̄ sup̄ dixi: q̄r saltē si illis ꝓpagatꝭ n̄ differreẜ ꝓmissa iustis btītudo periret meritū in illis q̄ nō p fidē hꝫ: ẜ p exptīmētū cognoscerent: ꝓpagatio eīm hoīm de q̄ nati sum⁹ deficeret: qm̄ oēs ad incorruptibilitatē quā p̄ntē viderēt: currerēt. Magnū itaq̧ bonū nobꝭ ꝓuidit de⁹: cū sanctꝭ testimonio fidei ꝓbatis distulit acceptionē repromissiōis vt ⁊ nos ꝓpageremur ⁊ maneret fides p quā cū illꝭ repromissionē ꝓmereremur ⁊ simꝭ cū illis ↄsūmaremur. Alia q̄r rō est cur baptizati atq̧ martyres nō statim fiūt incorruptibiles.

Nempe si quis seruum suum quem proposuerat magnis aliquando ditare honoribus grauiter verberet pro culpa pro qua nullo modo per se queat satisfacere: post hanc verberationem constituto tempore detrusum eum in horrendum carcerem: vbi grauissimis torqueatur supplicijs: et sit aliquis potens apud dominum qui pro illo satisfaciens eum reconciliet: vtique plage quas reus ante satisfactionem duz erat in culpa merito suscepit: non delentur sed maiora tormenta in que detrusus fuerat reconciliatione proueniente auertentur: honores quos suos quos suo tempore accepturus erat si non peccasset et quibus cariturus erat post culpam suam si non reconciliaretur propter perfectam satisfactionem: sic prius statutum fuerat: sine omni Z mutatione traduntur. Quippe si ante reconciliationem exheredatus esset illis honoribus: quemadmodum exheredatus erat post culpam: irrecuperabiliter si non reconciliaretur non haberet locum superuenien di vlla reconciliatio. Sed quoniam non potuit exheredari honore quem nondum habebat: nec habere debebat: hanc exheredationem preuenire potest reconciliatio et eam auertere. Si tamen seruus ille duz iacet in egritudine vapulationis donec ipsa transeat: corde et ore domino suo fidelitatem et correctionem vouet et soluit: ita est inter deum et hominem. Quippe quando humana natura primum peccauit: hac pena flagellata est vt numquam plene naturaliter nisi talem qualem videmus infantes nasci generaret: ac post hanc vitam in inferno: a regno dei ad quod facta erat in perpetuum exularet: nisi aliquis illam quam vel quod ipsa sola per se sola facere non poterat: reconciliaret. A quo autem reconciliari queat non est nisi christus. In omnibus igitur infantibus naturaliter genitis in peccato et flagellata nascitur: que cum reconciliationem accepit: flagellatio merito remanet quam ante reconciliationem suscepit. Que autem in inferno tormenta passura erat: in illis quos christus redemit remittuntur: et regno dei quod post conuersionem paradisi terreni suo tempore acceptura erat: donatur: si tamen in fide quam promittunt in baptismo vsque in fine perseuerent. Quod autem AB quidam experimento existimant probare nihil valere liberum arbitrium: quia multi immenso conatu nituntur vt bene viuant: et quidam (vt aiunt) impossibilitate obstante: nihil proficiunt: aut post profectum irrecuperabiliter deficiunt: non destruunt quod rationabiliter monstratum est liberum scilicet arbitrium cum gratia valere. At autem nitentes non proficiant aut post profectum deficiant non impossibilitate: sed aliquando graui: aliquando facile superabili difficultate fieri existimo. Sepissime namque asserere solemus impossibile nobis esse: quod sine difficultate perficere non valemus. Si enim diligenter vnusquisque motus voluntatis sue consideret: intelligit se numquam rectitudinem voluntatis acceptam per gratiam nisi aliquid volendo: quod simul velle nequit deserere. Quod certe non facit deficiente potestate seruandi eandem rectitudinem: que potestas est ipsa libertas arbitrij: sed deficiente voluntate seruandi quam per se non deficit: sed alia voluntate illam vt dixi expellente. Quoniam autem ista consideratio magis versatur in voluntate: aliquid altius de voluntate: quod vt puto non erit inutile: dicendum existimo. Sicut enim habemus in corpore membra et quinque sensus singula ad suos vsus apta: quibus quasi instrumentis vtimur: vt sunt manus apte ad capiendum: pedes ad ambulandum: lingua ad loquendum: visus ad videndum: ita et anima habet in se quasdam vires quibus vtitur velut instrumentis ad vsus congruos. Est namque ratio in anima que sicut suo instrumento vtitur ad ratiocinandum: et voluntas que vtitur ad volendum. BB Non enim est rationalis voluntas tota anima: sed est vnaquaque aliquid in anima. Quoniam igitur singula instrumenta habent: et hoc quod sunt et aptitudines suas et suos vsus: discernamus in voluntate propter quam ista dicimus instrumentum et aptitudines eius et vsum eius: quas aptitudines in voluntate possumus nominare affectiones. Affectus quippe est instrumentum volendi aptitudinibus suis. Vnde dicitur hominis anima cum vehementer vult aliquid affecta esse ad volendum illud vel affectuose esse vel velle. Voluntas vtique di-

ei videt̃ equoce tripl'r. Aliud em̄ ē i/strumētū volendi: aliud affectio: aliud vsus eiusdē instrumēti. Instrumētū volēdi ē vis illa aīe q̄ vtimur ad volendū: sicuti ē ratio instrumētū ratiocinandi q̄ vtimur cū rōcinamur: ꝛ visus instrumentū vidēdi q̄ vtimur cū videm⁹. Affectio hui⁹ instrumēti est: q̄ sic afficit̃ ipm instrumentuȝ ad volendū aliq̄d etiā qñ illd̄ qd̄ vult non cogitat: vt si venit in memoriaȝ aut statim: aut suo tpe illd̄ velit. Nā sic est instrumentū volēdi affectū ad volendū salutē: ꝛ qñ illā nō cogitat applicare: vt mox cū venerit in mēoriā: statim eam velit. Et sic est affectū ad volendū somnū etiā qñ illū non cogitat: vt cum venit in mentē velit illum suo tpe. Nunq̄ȝ em̄ ita est affectum vt aliqñ velit egritudinem aut vt velit nunq̄ȝ dormire. Iniusto q̄ȝ hoīe similiter est affectuȝ idē instrumentū ad volendū iusticiā: etiā cum dormit: vt cū eam cogitat: statim eā velit. Usus xo eiusdē instrumenti ē quē non habem⁹ nisi cū cogitam⁹ rē quā volum⁹. Dicit̃ aūt volūtas ꝛ instrumentū volendi: ꝛ affectio eius: ꝛ vsus ei⁹. Instrumentū quidē voluntatē vocam⁹: qñ dicim⁹ nos ꝯuertere ad diūsa volūtatē: mō scȝ ad volēdū ābulare: mō ad volēdū sedere: mō ad volendū aliđ ꝛ aliud. Hoc instrumētū sp habet hō: q̄uis nō sp illo vtat̃: sicut habet visū: q̄ est instrumentum videndi etiā qñ illo nō vtitur: vt cū dormit: ꝛ cū eo vtitur cōuertit illum modo ad videndū celū: modo ad videndā terrā: modo ad videndū aliq̄d aliud. Et sic semp habem⁹ instrumentū ratiocinandi: h̄ est rationeȝ q̄ non semp vtimur: ꝛ quā ratiocinando ad diuersa ꝯuertit animus. Affectio xo instrumēti volendi dr̄ volūtas: qñ dicim⁹ hoīem semp hr̄e volūtatē vt bene sibi sit: vocam⁹ nāq̄ȝ hāc voluntatē: affectionē illā eiusdeȝ instrumēti: q̄ vult hō bene sibi cē. Eodē mō cū sanct⁹ hō asserit̃ etiā cum dormit ꝛ nō hoc cogitat: indesinēter habere voluntateȝ iuste viuendi dr̄. Et cū hanc voluntatē asserim⁹ aliuȝ alio maiorē hr̄e: non aliud dicim⁹ voluntatē q̄ȝ illā affectionē ipsius instrumenti q̄ vult iuste viuere. Instrumētum xo nō est in alio mai⁹ ꝛ in alio min⁹. Usus autē hui⁹ instrumenti voluntas noīatur: vt cū dicit aliq̄s: modo habeo voluntatē legēdi: id ē mō volo legere: aut mō habeo voluntatē scribēdi: h̄ ē mō volo scribere. Sic em̄ videre est vti visu: q̄ est instrumētum videndi: ꝛ vsus ei⁹ est visio vel visus: qñ visus significat idē qd̄ visio: significat em̄ etiā visus instrumētum ipm: ita velle ē vti voluntate q̄ est instrumentū volendi: ꝛ vsus ei⁹ est voluntas q̄ nō est nisi qñ cogitamus qd̄ volum⁹. Uoluntas igit̃ q̄ instrumentuȝ est: vna sola est: id est instrumentuȝ volendi vnū soluȝ est in hoīe sicut vna sola est rō: id est vnū soluȝ instrumentū ratiocinandi. Uoluntas xo q̄ instrumentū illud afficitur duplex est. Nā sicut visus plures habet aptitudines scȝ ad videndum lucē: ꝛ p lucē ad videndū figuras: ꝛ p figuras ad vidēdū colores: ita instrumētū volendi duas hȝ aptitudines q̄s voco affectiōes: Quar vna est ad volēdū cōmoditatē: altera ad volēdū rectitudinē. Nēpe nihil vult voluntas q̄ est instrumentū nisi aut cōmoditatē aut rectitudinē. Quicq̄d em̄ aliud vult aut ꝑpter cōmoditatē aut ꝑpter rectitudinē vult: ꝛ ad has etiā si fallit̃: putat se referre qd̄ vult. Per affectionē q̄dē q̄ ad volēdum cōmoditateȝ ꝑtinet: sp vult hō beatitudinē ꝛ beat⁹ esse. Per illā vero q̄ nunc est ad volendū rectitudinē: rectitudinē vult: ꝛ rect⁹: id est iustus eē. Propt̃ cōmoditatē aūt vult aliq̄d: vt cum vult arare vel laborare vt habeat vñ tueat̃ vitā ꝛ saluteȝ q̄ cōmoda iudicat esse: ꝑpter rectitudinē xo: vt cū vult laborare: vl' discere vt sciat recte: id ē iuste viuere. Uo

luntas vero que est vsus sepedicti instrumenti nõ est nisi cũ cogitat aliqs qd vult: vt dictum est. Huius voluntatis multiplex est diuisio: de qua non mõ sed fortasse alias dicemus. Uelle autem equocum est: sicut videre. Queadmodum nãq3 dr videre q vtit visu et q nõ vtit sed q h3 aptitudinem videndi: ita asserit velle et q vtitur instrumento volẽdi cogitãdo qd vult: et q nõ vtit: qm affectionẽ: h est aptitudinẽ h3 volendi. Per h etiã cognosci potest aliã esse voluntatẽ instrumentũ volẽdi: aliã eius affectionẽ: aliũ vsum eiusdẽ instrumenti: qr si dr iustus hõ etiam cum dormit et nihil cogitat hẽre voluntatẽ iuste viuendi: et iniustus hõ negat hẽre cum dormit voluntatẽ iuste viuẽdi: eadem voluntas negat de iniusto q asserit de iusto. Palã autem est qr cũ dicimus nõ esse iniusto dormienti voluntatẽ iuste viuendi: non negat voluntas in eo esse quã dixi instrumẽtũ: qm eã sp h3 oĩs hõ dormiens et vigilans. Quapropter qm non alia volũtas pnunciat h mõ in bono eẽ hoĩe q̃ illa q remouet a malo: nõ significatur in bono esse voluntas q est instrumentũ: sed illa q afficit instrumentum. Qm autem in dormiẽte nisi sõniet non sit voluntas que est vsus: dubiũ nõ est: qre cũ dr in dormiẽte iusta volũtas iuste viuẽdi: non intelligit volũtas vsus. Nõ est igit volũtas affectio: volũtas ĩstrumẽtũ aut volũtas vsus: volũtatẽ q3 ĩstrumentũ nõ esse voluntatem vsum: nullus ignorat: quoniã cum dico me nõ hẽre voluntatẽ scribendi: nemo intelligit me nõ hẽre instrumentũ volendi. Alia est ergo voluntas instrumentũ: alia volũtas affectio: alia voluntas vsus. Uoluntas qdẽ instrumentum mouet oĩa alia instrumenta qbus spõte vtimur: et q sũt ĩ nobis: vt manus: lingua: visus: et q sunt extra nos: vt stilus et securis: et facit oẽs voluntarios motus. Ipsa vero se suis affectionibus mouet: vnde dici potest instrumentũ seipm mouens. Dico voluntatẽ instrumentum oẽs voluntarios motus facere si diligent cõsideramus: sed ille verius dr facere oẽ qd facit natura aut voluntas q facit naturã et instrumentũ volendi cum affectionibus suis: sine qbus idem instrumentum nihil facit. Ex his duabus affectionibus qs etiã voluntates dicimus descendit oẽ meritum hominis siue bonum siue malũ. Que due voluntates etiam nihil differunt: qr illa que est ad volendum cõmodum insepabilis est: illa vero que est ad volẽdum rectitudinem separabilis fuit: vt supra dixi in principio in angelis et in primis nostris parentibus: et est adhuc in hac vita manentibus. In hoc q3 differunt: quia illa que est ad volendum commodũ: nõ est hoc qd ipsa vult: illa vero que ad volendum rectitudinẽ: rectitudo est. Nullus quippe rectitudinem vult nisi rectitudinem habens: neq3 potest aliquis rectitudinem velle nisi rectitudine. Palam autem est eius voluntatis que est instrumentũ: istam esse rectitudinẽ. Hãc pronunciamus cum iusticia designatur rectitudo voluntatis propter se seruata. Hec est etiã veritas illa voluntatis in qua arguitur a domino diabolus non stetisse: qd dixi in tractatu de veritate. Nunc cõsiderandũ est quõ ex his duabus voluntatibus quas voco aptitudines siue affectiones procedant sicut dixi merita hominum siue ad salutem siue ad damnationẽ. Rectitudo quidem quantũ in ipa est: nullius mali causa est et oĩs meriti boni mater est: hec enim fauet spiritui cõcupiscenti aduersus carnẽ et delectat legi dei sm interiorẽ hominẽ: id est sm eundẽ spm. Si autem ex illa malũ aliqũ sequi videt: nõ est ex ipa sed ex alio. Per rectitudinẽ quippe apli erant boni odor deo. Sed qd qbusdam erant odor mortis in mortem: non procedebat ex apostolorum iusticia: sed ex maliuolorũ nequicia. Illa vero voluntas que est ad volẽ

Margin: EE (beside "vult: vt dictum est"); FF (beside "q asserit de iusto"); GG (beside "instrumentum nihil facit"); HH (beside "rectitudinẽ. Hãc pronunciamus"); Gal. 5. (beside "fauet spiritui"); Roma. 7 (beside "et delectat legi dei"); 2. Cor. 2 (beside "pe apli erant boni odor deo"); II (beside "Illa vero voluntas").

dū cōmodū:non sp mala:ꝫ quando cōsentit carni concupiscenti aduersꝰ spm̄. Sed vt hoc planiꝰ ītelligatur: inuestigandū ē vn̄ tā vitiosa ꝛ tā pꝛna sit ad malū ista voluntas. Nō em̄ credēdū est talē illā deū fecisse in primis nostris parentibꝰ. Cū em̄ ꝑtuli naturā humanā ꝓpter pctm̄ incurrisse corruptionē ꝛ appetitꝰ ad silitudinē brutoꝝ aīaliū: nō dixi quō talꝭ voluntas orta sit in hoīe. Aliud nanqꝫ sunt appetitꝰ vitiosi: aliud vitiosi voluntas appetitibꝰ ꝯsentiēs. De tali ꝙ voluntate q̄rendū puto vnde homi acciderit. Sꝫ si primā rōnalis nature ꝯditionē ꝯsideremꝰ: facile nobis huius talis voluntatꝭ cā patebit. Intētio nāqꝫ dei fuit vt iustā faceret atqꝫ beatā naturā rōnalē ad fruendū se: ꝫ neqꝫ iusta neqꝫ beata eē potuit sine volūtate iusticie ꝛ beatitudinis. Voluntas quidē iusticie ē ipa iusticia: voluntas ꝟo beatitudinis nō ē beatitudo: q2 nō oīs habet beatitudinē ꝗ habet eiꝰ volūtatē. In beatitudine aūt ꝫm oīm sensū ē sufficiētia cōpetētiū cōmodoꝝ sine oī indigētia: siue angelica ītelligiꝭ btītudo: siue illa quā habebat adā in paradiso. Quis em̄ maior sit beatitudo āgeloꝝ q̄ꝫ illa ꝗ erat hoīs in padiso: nō tn̄ ideo negari potest adā beatitudinez habuisse.

KK Sicut nāqꝫ calor magnꝰ ē sine omni frigore: ꝛ tn̄ potest eē alius maior calor: ꝛ quēadmodū frigus ē sine om̄i calore: cū tn̄ maiꝰ valeat frigꝰ eē: ita nihil ꝓhibet adā beatum fuisse ī paradiso sine oī indigentia: licet maior eēt angelica beatitudo. Nēpe aliꝗd minꝰ alio habere: nō sp ē indigere: sꝫ aliq̄ re cū eā haberi oporteat carere: qꝺ nō erat ī adā: est indigere: vbi vero ē indigentia: ibi ē miseria. Nō autem fecit deꝰ sine p̄cedēte culpa rationalē creaturā miserā quā ad intelligenduꝫ ꝛ amandū se creauit. Fecit igiꝭ deus hominē beatū sine oī indigentia. Simul ꝙ accepit rōnalis natura ꝛ beatitudinis voluntatē ꝛ beatitudinē iusticie: id est rectitudinez ꝗ ē ipa iusticia: ꝛ liberꝝ arbitriū: sine ꝗ iusticiā seruare non potuit. Si autez deus ordinauit has duas volūtates siue affectiōes: vt volūtas ꝗ ē īstrumentū vtere2ur ea ꝗ est iusticia ad iperiū ꝛ regnū: docēte spū: ꝗ ꝛ mens ꝛ ratio dr: ꝛ altera vtereꝭ ad obediētiā sine oī incōmoditate. Beatitudinē ꝗdem dedit hoī: vtꝭ de angelis taceā: ad cōmodū eius: iusticiā ꝟo ad honorē suū. sꝫ iusticiā ita vt illā posset deserere: ꝗtenꝰ cū illā n̄ desereret ꝫ ꝑseuerāter ꝭuaret: ꝑuehi mereretꝭ ad ꝯsortiū angeloꝝ. Quō si illā desereret: nullatenꝰ eā ꝑ se deinceps resumere posset: ꝛ beatitudinē angeloꝝ non adipisceretur: ꝛ illa quam habebat ꝑuaretur: ꝛ in silitudinē brutoꝝ aīaliū cadēs cū illis corruptiōi ꝛ sepe fatis appetitibꝰ sbiaceret. Voluntas tn̄ btītudinis maneret: vt ꝑ indigentiā bonoꝝ ꝗ ꝑdidisset graui miseria iuste puniretur. Qm̄ ꝙ deseruit iusticiā: ꝑdidit beatitudinē: ꝛ voluntas quā bonā ꝛ ad bonū suū accepit fruens desiderio cōmodoꝝ ꝗ nō vellē neq̄t: q2 vera cōmoda rationali nature ꝯuenientia ꝗ ꝑdidit habere non valꝫ: ad falsa ꝛ brutoꝝ aīaliū cōmoda ꝗ bestiales appetitꝰ suggerit: se cōuertit: ꝛ ita cū ea vult īordinate rectitudinē: aut ne accipiaꝭ oblatā repellit aut expellit: cū vero licite vult eam: non hec facit. Hoc igitur modo voluntas instrumenti creata bonum inquantū habet esse ꝛ iusta ꝛ fortis ad seruandū acceptā iusticiā per liberum arbitriū facta est mala: nō inquantuꝫ est: sed inquantū iniusta facta est per absentiā sponte deserte iusticie quaꝫ semp habere deberet. Infirma ꝗꝫ modo facta est ad volendū iusticiā desertam: Non em̄ per liberꝝ arbitriū ita potest eā velle: tamē illā non habet quēadmodū valet eā seruare cū habet. Voluntas etiam commodi: ꝯdita bonū inquātū ē aliꝗd: mala: id est iniusta facta est: quia nō

ē subdita iusticie: sine qua nihil velle debet. Uoluntas ergo instrumentū: cū sponte facta sit iniusta post desertā iusticiā: manet inquantū in ipa ē necessitate iniusta ꝛ ancilla iiusticie: qꝛ per se redire nequit ad iusticiā sine qua nunq̄ libera est: qꝛ naturalˀ libtas arbitrij sine illa ociosa ē. Ancilla etiā facta est sue affectiōis q̄ ad cōmodū est: qꝛ remota est iusticia: nihil potest velle nisi qđ illa vult. Dico aūt ꝛ instrumētū ꝛ affectionē eiꝰ velle: qꝛ ꝛ instrumentū ē volūtas ꝛ affectio volūtas. Nec icōgrue vtraq̄ voluntas velle dicitˀ: qꝛ illa vult q̄ affectione sua vult: ꝛ affectio vult p quā illa vult: sicut videre dꝛ ꝛ homo qui visu videt: ꝛ visus q̄ videt. Unde nō absurde possumꝰ dicere affectiōes eius volūtatis: quā īstrumētū dixi aīe: quasi instrumēta eiusdez instrumēti esse: qꝛ nihil nisi istis operatˀ. Perdito igitˀ instrumēto volendi iusticiā: id ē rectitudinē: nullo mō nisi p gratiā reddatˀ: potest volūtas instrumentū velle iusticiā. Quapropter qm̄ nihil velle debet nisi iuste: q̄c q̄d vult sine rectitudine: vult iniuste.

VII Appetitus vo quos oēs vocat apostolus carnē ꝛ cōcupiscentiā: inquātū sunt: nō sunt mali vel iniusti: s; qꝛ sūt in rationali creatura vbi non debēt esse: dicuntˀ iniusti. In brutis siquidem aīalibus nō sunt mali vel iniusti: qꝛ ibi debent esse. Jam ex his que dicta sunt agnosci potest hominez iō non habere semp iusticiam quam sine intermissione debet habere: quia nullo mō potest illam per se adipisci vel recupare. Palā etiā est qꝛ deus bona facit opa sua sola bonitate: qm̄ ipe creat voluntatē cum libero arbitrio: ꝛ dat illi iusticiā p quā operatˀ. Mala vo facit sola culpa hoim: qꝛ ea nō faceret si homo illa facere non vellet: facit tamē hec ꝙ sunt: qm̄ condidit in hoīe voluntatē qua sine iusticia vtitˀ sola culpa hois: mala sūt que opatˀ. Nō eīn est culpa dei q̄ creauit in eo cū libertate arbitrij voluntatē: ꝛ contulit ei iusticiā vt nihil nisi iuste vellet: sed culpa hoīs q̄ iusticiā deseruit quā seruare potuit. Deꝰ igitˀ habet in bonis quidem ꝙ bona sunt p essentiā: ꝛ ꝙ bona sunt p iusticiam: in malis vero solūmodo ꝙ bona sūt p essentiā: nō ꝙ mala sunt per absentiā debite iusticie: que nō ē aliq̄d. Homo aūt habet in bonis ꝙ mala nō sunt: qꝛ cū posset deserere iusticiā ꝛ mala facere nō deseruit: sed seruauit p libeꝝ arbitriū dante ꝛ subsequente gratia. In malis vero hoc solū qđ mala sunt: qꝛ ea sola ꝓpria: id est iniusta voluntate facit. Puto me iam ꝯgrue posse finē ponere tractatui de tribꝰ difficilibus questionibꝰ: quez in spe auxilij dei incepi: in quo siquidez dixi qđ querenti cuilibet sufficere debeat: nō mihi imputo: s; gratie dei mecū. Hoc aūt dico: qꝛ si quis mihi querenti de q̄stionibus eisdē qn̄ in eis mēs mea rationē querendo fluctuabat: ea q̄ retuli respōdisset: gratias egissez qꝛ mihi satisfecisset. Qm̄ g̃ qđ inde manifestāte deo cognoui: mihi valde placuit: intelligens quia similitˀ quibusdā placeret: si hoc scriberez qđ gratis accepi: gratis volui petentibus impendere.

Beati Anselmi liber de cōcordia prescientie ꝛ p̄destinationis: ꝛ gratie ꝛ liberi arbitrij: explicit.

Capituloꝛū dialogi de libero arbitrio bti Anselmi Cātuarieñ archiepi: ānotatio.

Bti Anselmi archiepi Cantuariensis dialogus de libero arbitrio incipit.

Q potestas peccandi non ptineat ad libertatem arbitrij: Ca. I.

Discipulus

Uum liberum arbitriũ videat repugnare gratie ⁊ p̄destinatiõi ⁊ p̄scietie dei: ipa libertas arbitrij q̄d sit: nosse desidero: ⁊ vtrũ illā sp habeamus. Si em̃ libertas arbitrij ē posse peccare ⁊ nõ peccare: sic a q̄busdā solet dici: ⁊ hͦ sp habemus: quõ aliq̄ñ gratia indigem⁹? Si aũt hͦ ñ sp habemus: cur nobis imputat pctm̃ q̄ñ sine libero arbitrio peccam⁹? M

Libertatē arbitrij nõ puto esse potētiā peccādi ⁊ nõ peccādi: Quippe si hec eius esset diffinitio: nec deus nec angel⁹ q̄ peccare nequeũt liberũ haberēt arbitriũ: qd nefas ē dicere. D

Quid si dr aliud eē liberũ arbitriũ dei ⁊ angelorũ bonorũ: aliud nostrũ? M

Quis differat liberũ arbitriũ hoĩm a libero dei arbitrio ⁊ āgelorũ bonorũ: diffinitio tamē huius libertatis in vtrisq̃ sm hoc nomē eadē debet eē: licet em̃ aĩal differat ab aĩali siue substantialiter siue accidentaliter: diffinitio tamē sm nomē aĩalis oĩb⁹ animalibus est eadē. Quapropter talē oportet dare diffinitionē libertatis arbitrij: que nec plus nec minus illa contineat. Quoniā ergo liberũ arbitriũ diuinũ ⁊ bonorũ angelorũ peccare nõ potest: nõ pertinet ad diffinitionē libertatis arbitrij posse peccare. Deniq̃ nec libertas nec ps libertatis est peccandi potestas. Qd vt plane intelligas: intende ad ea que dicam. D Ad hoc hic sum. M Que tibi voluntas liberior videt: illa q̃ sic vult ⁊ potest nõ peccare vt nullatenus valeat flecti a nõ peccandi rectitudine: an illa q̃ flecti aliq̄ mõ potest ad peccandũ? D Cur nõ sit liberior illa q̃ ad vtrũq̃ se habet nõ video. M An nõ vides qm̃ q̄ sic hz qd decet ⁊ quod expedit vt hͦ amittere nequeat: liberior ē q̃ ille q̄ sic habet hͦ ipm vt possit p̄dere: ⁊ ad hoc qd dedecet ⁊ nõ expedit valeat adduci? D Nulli dubiũ hͦ eē puto. M Hoc q̃z nõ min⁹ indubitabile dices: qr peccare sp dedecens ⁊ noxiũ ē. D Null⁹ sane mẽtis aliter sentit. M Liberior itaq̃ voluntas ē: q̃ a rectitudine nõ peccādi declinare neq̃t: q̃ q̃ illā põt deserere. D Nihil mihi rõnabili⁹ asseri posse videt. M An putas qd additũ

minuit: et separatum auget libertatem: id autem libertatem esse aut partem libertatis? D Non hoc putare possum. M Potestas igitur peccandi que addita voluntati minuit eius libertatem: et si deriuatur: auget: nec libertas est: nec pars libertatis.

Quod tamen homo et angelus peccauerunt per hanc potestatem et liberum arbitrium: et quamuis potuerunt seruire peccato: non tamen eis potuit dominari peccatum:

Ca. II. Discipulus.

Nihil consequentius. M Non pertinet ad libertatem arbitrij: quod sic est extraneum a libertate. D Rationibus tuis nullatenus contradicere queo. Sed non parum me mouet: quia et angelica et nostra natura in principio habuit potestatem peccandi: quam si non habuisset non peccasset: quare si per hanc potestatem que sic aliena est a libero arbitrio peccauit vtraque predicta natura: quomodo dicemus eam peccasse per liberum arbitrium? Aut si per liberum arbitrium non peccauit: ex necessitate peccasse videtur. Neque aut sponte: aut ex necessitate: aut si sponte peccauit: quomodo nisi per liberum arbitrium? Quare si non per liberum arbitrium: vtique ex necessitate peccasse videtur. Est et aliud quod in hac peccandi potestate me mouet: Qui enim peccare potest: seruus potest esse peccati: quoniam qui facit peccatum: seruus est peccati.
.8. Qui autem seruus potest esse peccati: huic potest dominari peccatum: Quomodo libera fuit illa natura: aut cuiusmodi liberum arbitrium illud erat cui peccatum dominari poterat? M Et per potestatem peccandi et sponte per liberum arbitrium et non ex necessitate nostra et angelica natura primitus peccauit et seruire potuit peccato: et tamen non illi peccatum dominari poterat: vnde illa non libera aut eius arbitrium non liberum dici possit. D Opus habeo vt quod dicis apias: quia clausum est mihi. M Per liberum arbitrium peccauit apostata angelus siue primus homo: quia per suum arbitrium peccauit: quod sic liberum erat vt nulla alia re cogi posset ad peccandum: et ideo iuste reprehenditur: quia hanc haberet arbitrij sui libertatem: non aliqua re cogente: non aliqua necessitate: sed sponte peccauit. Peccauit autem per arbitrium suum quod erat liberum: sed non per hoc vnde liberum erat: id est per potestatem qua poterat non peccare et peccato non seruire: sed per potestatem quam habuit peccandi: que nec ad non peccandi libertatem iuuabatur nec ad peccandi seruitutem cogebatur. Quod autem consequi tibi videtur: quia si potuit seruus esse peccati: potuit ei dominari peccatum: et ideo nec illum: nec eius arbitrium liberum fuisse. Non ita est. Etenim qui sue potestatis est vt non seruiat nec aliene potestatis est vt seruiat: quamuis potestate sua seruire possit quamdiu non illa que est seruiendi sed illa que non est seruiendi vtitur potestate: nulla res potest illi dominari vt seruiat. Nam etsi diues liber possit se facere seruum pauperis: quamdiu hoc non facit nec ille nomen amittit libertatis: nec pauper illi proprie dicitur dominari: Aut si dicitur: improprie dicitur: quia hoc non in eius sed in alterius est potestate. Quocirca nihil prohibet angelum et hominem ante peccatum liberos fuisse aut liberum arbitrium habuisse.

Quomodo postquam se fecerunt seruos peccati liberum habuerunt arbitrium:

Ca. III. D

Satisfecisti mihi quia nihil certe hoc prohibet ante peccatum: Sed postquam se fecerunt seruos peccati: quomodo liberum arbitrium seruare potuerunt? M Licet peccato se subdidissent: libertatem arbitrij tamen naturalem in se interimere nequiuerunt: sed facere potuerunt vt iam non sine alia gratia quam erat illa quam prius habuerunt illa libertate vti non valeant. D Credo: sed intelligere desidero. M Consideremus cuiusmodi arbitrij libertatem habuerunt ante peccatum: quia certum est eos liberum arbitrium habuisse. D Hoc expecto. M Ad quid tibi videntur habuisse illam libertatem arbitrij? An ad assequendum quod vellent: an ad volendum quod deberent:

⁊ q̄ illis velle expediret. D Ad volēdū q̄ deberent ⁊ q̄ expediret velle. M Ergo ad rectitudinē voluntatis habuerunt libertatē arbitrij. Quādiu nāq; voluerūt q̄ debuerūt: rectitudinē habuerūt voluntatis. D Ita est. M Dubiū est adhuc cū dr̄ q: libertatē habuerīt ad rectitudinē voluntatis: si non ad datur aliud. Quero igit̄ quō habebant illā libertatē ad rectitudinē voluntatis: an ad capiendū eā sine datore cū illam nondū haberēt: an ad accipiendū nondū habitā si daretur vt haberēt: an ad deserēdū quā acceperant ⁊ p se resumendū desertā: an ad semp seruandū acceptā? D Ad capiendū rectitudinē sine datore nō puto illos habuisse libertatē: qm̄ nihil potuerūt habere q̄ nō acceperant. Ad accipiendū xo a datore quā nondū habebāt vt eam haberent: nō ē dicendū eos habuisse libertatē: q: nō est credendū eos factos sine recta voluntate: q̄uis nō negandū sit eos libertatē habuisse recipiēdi eandem rectitudinē si eā desererēt ⁊ ab ipo datore p̄mo illis redderet̄: q̄ in hoībus sepe videm⁹ q̄ de iniusticia ad iusticiā supna gratia reducūtur. M Unde est q̄ dicis eos posse recipere perditā rectitudinem si reddat̄: sed nos illā libertatē quā habuerūt an̄q; peccarēt q̄rimus: cū sine dubio liberū habuerīt arbitrium: nō illā q̄ nullus indigeret si nūq; veritatē deseruisset. D Prosequar itaq; ⁊ respondebo ad ea q̄ restant d̄ his q̄ interrogasti. Ad deserendū autem eandē rectitudinē eos libertatem habuisse nō est verū: q: deserere voluntatis rectitudinē est peccare: ⁊ potestatē peccandi nec libertatē nec partē esse libertatis supra mōstrasti. Ad resumendū xo p se rectitudinē desertā libertatē nō acceperūt: cū ad hoc rectitudo illa data sit vt nunq; deseratur. Ipa nāq; potestas resumendi desertā: generaret negligētiā seruādi habitā. Quapropter restat libertatē arbitrij datā esse rōnali creature vel nature ad seruandā acceptā rectitudinē voluntatis. M Bene ad interrogata respōdisti. Sed adhuc opus est vt ꝯsiderem⁹ ꝓpter qd illā rectitudinē seruare debeat rationalis creatura: an ꝓpter ipam rectitudinē: aut propter aliud? D Si nō illa libertas data esset illi nature vt volūtatis rectitudinē ꝓpter ipam seruaret rectitudinē: non valeret ad iusticiā: qm̄ ꝯstat iusticiā esse rectitudinē voluntatis ꝓpter se seruatā: sed ad iusticiā ꝓdesse arbitrij libertatē credimus: Quare indubitanter asserendū est rationalē naturā nō eā accepisse nisi ad seruandam rectitudinē voluntatis ꝓpter ipsam rectitudinē. M Quoniā om̄is libertas est potestas: illa libertas arbitrij est potestas seruandi rectitudinē voluntatis ꝓpter ipam rectitudinem. D Nō potest aliud esse. M Jam itaq; clarū est liberū arbitriū nō esse aliud q̄ arbitriū potens seruare rectitudinē voluntatis ꝓpter ipam rectitudinē. D Clarū itaq; est. Sed q̄diu ipam rectitudinē habuit: seruare potuit q̄ debuit. Post q̄ aūt illā deseruit: quō potest seruare q̄ nō habet? Absente ḡ rectitudine quā seruare possit: non est liberū arbitriū q̄ eā seruare valeat. Non em̄ seruare valet q̄ nō habet. M Etiā si absit rectitudo volūtatis: nō tamen rōnalis natura minus habet q̄ suū est. Nullā nāq; potestatē habem⁹: vt puto q̄ sola sufficiat sibi ad actū: ⁊ tñ cū ea desint sine q̄bus ad actū minime ꝑducūt̄ nostre potestates: nō min⁹ eas q̄tū in nobis ē hr̄e dicimur. Sic nullū instrumētū solū sibi sufficit ad operandū: ⁊ tñ cū desunt illa sine quib⁹ instrumento vti nequimus: instrumentū nos cuiuslibet operis habere sine falsitate fatemur. Q̄ vt in multis aduertas: in vno tibi mōstrabo. Nullus visū ha/

bens dicitur nullatenus videre posse montem. D Qui montē videre non pōt: pfecto nullū habet visum. M Habet ergo potestatē & instrumentū vidēdi montē qui visum habet: & tamē si mons abest & dicis ei: vide montem respondet tibi: Non possum qz abest: si adesset possez videre. Item si mōs adesset & lux abesset: responderet se mōtem non posse videre: quia nō posset absente luce: sed si lux adesset tunc posset. Rursū si visum habenti lux & mōs presens esset: & aliquid visui obstaret: velut si aliquis illi oculos clauderet: diceret se nō posse videre montē: sed si nihil visui eius obsisteret: tunc sine dubio mōtem videndi potestatē haberet. D Hoc totū omnibus notuz est. M Vides ergo qz potestas vidēdi aliqđ corpus: alia est in vidēte: alia est in re videnda: alia in medio: idē neqz in vidente neqz in revidenda: & ea que est in medio: alia est in adiuuante: alia in nō impediente: id est cum nihil quod impedire possit: īpedit. D Video plane. M Quattuor igit̄ iste potestates sunt quarū si quelibet vna desit: alie tres sunt: nec singule nec omes simul aliqđ possunt efficere: nec tamē absentibus alijs negamus: aut qui visum habet habere visum aut instrumētū siue potestatem videndi: aut rem visibilem posse videri: aut lucem posse visum iuuare.

Quō potestatem habeant seruādi rectitudinē quā nō habent: Capitulum IIII.

Quarta aūt potestas īpropriē dicit̄: quod eñ solet impedire visum: nō ob aliud dicitur dare potestatē videndi cū nō impedit: nisi qz nō aufert. Potestas aūt videndi lucem nō nisi in tribus reb⁹ est: quia tūc est idem & quod videt̄ & quod adiuuat. Nam hoc est omnibus notū. D Nulli itaqz est ignotum. M Si ergo absente re que videri possit: in tenebris positi & clausos siue ligatos oculos habētes quantū ad nos ptinet vidēdi quālibet visibilez rem potestatē habem⁹: quid phibet nos habere potestatem seruādi rectitudinē volūtatis pter ipsam rectitudinē: etiaz absente ipsa rectitudīe: qdiu & ratio in nobis est: qua eam valem⁹ cognoscere & volūtas qua illam tenere possumus? Ex his eñ cōstat pfata libertas arbitrij. D Satisfecisti intellectui meo potestatem seruandi rectitudinē volūtatis rationali nature semp inesse: at qz hāc ptātē in pmi hoīs & angelorum arbitrio liberā fuisse: quib⁹ īuitis rectitudo volūtatꝫ nō poterat auferri.

Qz nulla temptatio cogat inuitum peccare: Ca. V.

Sed nunc quomō est humane volūtatis arbitriū hac ptāte liberū: cū sepe rectā habens homo voluntatē: ipam rectitudinez inuitus cogente tēptatione deserat? M Nemo illā deserit nisi volēdo. Si ergo inuitus dicit̄ volens: nemo deserit illam inuitus: ligari enim homo pōt: & inuit⁹ qz nolēs potest torqueri inuitus: quia nolens pōt occidi: velle aūt nō pōt inuitus: qz nō potest velle nolens velle: nam omis volens ipsum suū velle vult. D Quō dicit̄ inuitus mētiri qui mentit̄ ne occidat̄: cum hoc nō nisi volens facit? Nam sicut inuitus mētit̄: sic inuitus vult mētiri: & qui inuitus mentiri vult: nolēs vult mētiri. M Ideo forsitan inuitus mētiri dicit̄: quia cū sic vult veritatē vt nō mentiatur nisi pter vitam: & vult mendacium quia propter vitā: & nō vult mendaciū propter mēdacium ipsum quoniā vult veritatē: & ideo volēs & nolēs mentit̄. Alia namqz voluntas est qua volumus aliqđ propter se: vt cū volumus salutem pter se: & alia cū aliqđ volumus pter aliud:

vt cũ volumus absinthiũ bibere ꝓpter salutem. Unde potest forsitã dici ſm has diuersas volũtates: q: inuitus ⁊ non inuitus mentitur. Quapropter cum dicit̃ inuitus mẽtiri: qa id nõ vult inq̃tuz vult veritatẽ: nõ repugnat illi sententie qua dico: neminem inuitum deserere rectitudinẽ volũtatis: quia mẽtiendo vult eam deserere propter vitã: ſm quã volũtatem non inuitus eã deserit: sed volens: de qua volũtate nunc loquimur: de illa nanq̃ loq̃mur qua vult mentiri ꝓpter vitam: non de illa qua nõ vult mendaciũ ꝓpter se. Aut idcirco certe mentit̃ inuitus: quia inuitus aut occidit̃ aut mentit̃: id est inuitus est in hac angustia: vt ex necessitate horum vnũ quodlibet fiat: q̃uis eũ necesse sit illũ aut occidi aut mentiri: non tamẽ necesse ẽ illũ occidi: quia potest nõ occidi si mentit̃: nec necesse est illũ mentiri quia põt non mentiri si occidit̃. Neutrũ enim est determinate in necessitate: quia vtrũ libet est in volũtate vel potestate. Ita quoq̃ licet inuitus aut occidatur aut mẽtiat̃: nõ tamen ideo sequitur vt inuitus mentiat̃: aut vt inuitus occidatur. Est ⁊ alia ratio quã frequens habet vsus: cur inuitus ⁊ nolens ⁊ ex necessitate dicit̃ aliquis facere quod tamen volens facit. Nã qđ nõ nisi difficile facere valemus ⁊ ideo non facimus: dicimus hoc nos facere nõ posse: ⁊ ex necessitate nos siue inuitos deserere: ⁊ qđ sine difficultate dimittere nequimus: ⁊ idcirco cũ facimus h̃: nos inuitos ⁊ nolẽtes ⁊ ex necessitate facere asserimꝰ. Hoc igitur modo qui mentit̃ ne moriatur mentiri inuitus ⁊ nolẽs dicitur ex necessitate: quia mendaciũ vitare non valet sine mortis difficultate. Sicut igitur qui mentit̃ ꝓpter vitã: improprie dicitur inuitus mentiri: quoniã mentitur volens: ita non proprie dicitur inuitus velle mentiri: quoniam hoc nõ nisi volens vult. Nam sicut cum mentitur: vult ipsum mẽtiri: sic cum vult mentiri: vult ipsum velle. D Non possuz negare quod dicis. M Quomodo itaq̃ non est libera voluntas quã aliena potestas sine suo assensu subijcere non potest? D Nonne simili ratione possumꝰ dicere voluntatem equi esse liberam quia appetitui carnis non seruit nisi volens? M Non est hoc similit̃: In equo nanq̃ non ipsa volũtas se subijcit: sed naturaliter subiecta semper necessitate appetitui carnis seruit: In homine vero q̃diu ipsa voluntas recta est: nec seruit: nec subiecta est cui non debet: nec ab ipsa rectitudine vlla vi aliena auertit̃ nisi ipsa cui nõ debet volens ꝯsentiat: quẽ consensum nõ naturaliter: nec ex necessitate sicut equus: sed ex se aperte videtur habere. D Satisfecisti huic obiectioni mee de volũtate eq̃: Redi vbi eramus. M An negauimus omnem rem liberã esse ab ea re a qua cogi non volens vel prohiberi non potest? D Non video quomodo negem. M Dic etiã quõ superat recta voluntas: ⁊ quõ superat̃? D Velle ipsam rectitudinẽ ꝑseuerãter est illi vincere: velle aũt quod nõ debet est illi vinci. M Puto quia temptatio rectam voluntatem nõ nisi volentẽ aut ipsa rectitudine ꝓhibere: aut ad id qđ non debet cogere põt: vt illam velit ⁊ istud nolit. D Nec hoc vlla ratione falsum esse video. M Quis ergo potest voluntatẽ dicere nõ esse liberam ad seruandã rectitudinem: ⁊ liberã a temptatiõe et peccato: si nulla temptatio potest illam nisi volentem auertere a rectitudine ad peccatũ: id est ad volendum qđ nõ debet? Cum ergo vincitur: non aliena vincit̃ potestate: sed sua. D Hoc mõstrant ea q̃ dicta sunt. M Nonne vides ex his consequi quia nulla potestas potest vincere rectaz voluntatẽ? Nam si põt: habet pote-

statem vincẽdi ⁊ sua potestate vin/cit: sed hoc esse non potest: quoniam voluntas nõ nisi sua vincit potesta/te. Quare nullatenus potest tẽpta/tio vincere rectam voluntatẽ: et cu; dicitur: improprie dicit. Non em̃ ali ud intelligit ꝙ quia voluntas põt se subijcere temptationi: sicut econũ/so cum imbecillis dicit posse vinci a forti: non sua potestate dicit sed alie na: quoniam nõ significat aliud nisi quia fortis habet potestatem vincẽ/di imbecillem.

Quomodo sit nostra volũ/tas potens contra tempta/tiones: licet videatur impo tens: Capl'm VI.

D Quamuis sic oĩa impugnãtia voluntati nostre subijcias: at/ꝗ nullam temptationem illi dominari pmittas: vt in nullo pos/sim obuiare assertionibus tuis: non tñ possum dissimulare quandã im/potentiã esse in eadẽ voluntate: quã fere oñes exprimitis: cum violẽtia temptationis superamur. Quapro/pter nisi illam potentiã quã probas ⁊ illam impotentiam quã sentimus facias cõuenire: non potest animus meus in quietem huius questiõis p/uenire. M Istam impotentiam quã dicis volũtatis: in ꝗ putas esse? D In eo qꝛ non põt perseueranter rectitudini adherere. M Si per impotentiam non adheret: aliena vi auertitur a rectitudine. D Cre/do. M Que est hec vis? D Vis temptationis. M Hec vis non auertit a rectitudine: si ipsa non vult qd̓ suggerit temptatio. D Ita est. Sed ipa temptatio: ipsa sua vi cogit eã velle qd̓ suggerit. M Quõ cogit eã velle? An ita vt pos/sit eam quidem nolle: sed nõ sine gra ui molestia: an ita vt nullatenus pos sit nolle? D Quamuis fateri me oporteat nos aliqñ sic premi tempta tionibus: vt sine difficultate nõ va/leamus nolle qd̓ suggerunt: non tñ possum dicere ꝙ sic nos vnꝗ̃ oppri mãt: vt qd̓ mouẽt nullatenus nolle possimus. M Nescio quõ pos/sit dici. Si em̃ vult homo mentiri: vt non sustineat mortẽ: vt seruet vitam ad tempus: ꝗs dicet impossibile vel/le eum nõ mentiri: vt vitet eternam mortẽ: ⁊ sine fine viuat? Quapropt̃ iam dubitare hanc impotentiam ser/uandi rectitudinẽ non debes: quam dicis in nostra voluntate esse: cũ tẽ/ptatiõib⁹ ꝯsentim⁹ nõ esse ex ĩpossi/bilitate. ꝟ ex difficultate. Freqnti nã ꝙ vsu dicim⁹ nos nõ posse aliꝗd: nõ qꝛ nobis est ĩpossibile: ꝟ qꝛ sine dif/ficultate non possumus. Hec aũt dif ficultas nõ pmittit libertatem volũ/tatis vĩci. Impugnare nãꝗ põt ĩuitã voluntatẽ: expugnare nequit inuitã. Hoc itaꝗ modo puto te posse vide/re: quõ cõueniãt potentia volũtatis quam ratio veritatis asserit: ⁊ impo tentia quã humanitas nostra sentit. Sicut em̃ difficultas nequaꝗ̃ volũ/tatis interimit libertatem: ita illa im potentia quã non ob aliud in volũ/tate dicimus esse: nisi quia non põt tenere suam rectitudinẽ sine difficul tate: non aufert eidem voluntati per seuerandi in rectitudine potestatem.

Quomodo voluntas for/tior sit ꝗ̃ temptatio: etiam cum ab illa vincitur. Capitulum VII.

D Sicut nequaꝗ̃ valeo qd̓ pro bas negare: ita nullaten⁹ q̃o voluntatẽ fortiorẽ esse tem/ptationi cũ ab ea superat: affirma/re. Nam si volũtas seruãdi rectitu/dinẽ fortior esset ꝗ̃ tẽptatiõis impe/tus: fortius illa volẽdo ꝗ̃ tenet resi/steret: ꝗ̃ illa insisteret. Nõ em̃ aliũ/de scio me magis vel minus fortiorẽ hr̃e voluntatẽ: nisi qꝛ magis vel mi nus fortit volo. Quapropter cũ mi nus fortit volo qd̓ debeo: ꝗ̃ tẽpta/tio mihi suggerit qd̓ nõ debeo: quo/

modo temptatio fortior non sit vo/luntate mea nõ video. M At vi/deo: equiuocatio volũtatis te fallit. D Ipsam vellem equiuocationez cognoscere. M Sicut visus eq̃/noce dicit̃: ita ⁊ voluntas: Uocam⁹ enim visum instrumentũ videndi: id est radium ꝓcedentem ꝑ oculos quo sentimus lucez ⁊ ea que sunt in luce: ⁊ dicimus visum instrumenti ipsius opus quãdo illo vtimur: id est visio nem. Eodem modo dicit̃ voluntas ipsum instrumentum volendi qd̃ est in anima: ⁊ qd̃ cõuertimus ad volẽ/dum hoc vel illud: sicut visũ ad vi/dendum diuersa conuertimus: ⁊ di/citur volũtas vsus eius voluntatis que est instrumentũ volẽdi: sicut di/citur visus vsus ei⁹ visus qui est in/strumentũ videndi. Sicut igit̃ vi/sum qui est instrumentũ videndi ha bemus etiam cũ non videmus: vis⁹ aũt quod est opus eius nõ est nisi cũ videmus: ita voluntas instrumentũ sc3 volẽdi semp est in anima: etiam cum nõ vult aliq̃d: velut cũ dormit: voluntatem vero quã dico vsum si/ue opus eiusdẽ instrumenti nõ habe/mus: nisi quãdo volumus aliquid. Illa itaq3 volũtas quã voco instru/mentum volendi: vna ⁊ eadez semp est quicq̃d velimus. Illa vero que opus est: tam multiplex est q̃3 multa ⁊ q̃3 sepe volumus: queãdmodũ vi/sus quẽ etiam in tenebris vel clausis oculis habemus: semper idem est q̃c quid videam⁹. Uisus aũt: id est op⁹ eius qui ⁊ visio nominat̃: tam nume rosus est q̃3 numerosa ⁊ q̃3 numerose videmus. D Plane video ⁊ amo hanc voluntatis distinctionẽ: ⁊ iam mihi videor videre quã ex ei⁹ igno/rantia patiebar deceptionem: Sed tamen tu ꝓsequere quod incepisti. M Cum ergo videas duas volũ/tates esse instrumentum volendi: et opus eius: in qua hař duarum intel ligis fortitudinẽ cõstare volendi? D In illa que est instrumentũ vo/lendi. M Si ergo scias virum ita fortem vt eo tenente tauruz in/domitũ: taurus non posset se moue/re: ⁊ videas eundem virum ita tenẽ/tem arietem vt ipse aries sese de ma/nibus eius excutiat: putabis ne illuz minus fortem in tenẽdo arietem q̃3 in tenẽdo taurum? D Illum q̃/dem nõ dissimiliter fortem in vtro/q3 opere iudicabo: sed eum sua forti/tudine nõ equaliter vti fatebor: for/tius eñ operat̃ in tauro q̃3 in ariete. Sed ille fortis est qui fortitudinem habet: actio vero eius fortis dicitur: quia fortiter fit. M Sic intelli/ge voluntatem quã voco instrumẽ/tum volendi: inseparabilẽ fortitudi/nem habere: qua aliquando magis: aliquando minus vtit̃ in volendo. Unde qd̃ fortius vult nullatenus deserit: ablato eo qd̃ minus fortiter vult: ⁊ cũ offert̃ fortius quod vult: statim dimittit qd̃ non pariter vult: ⁊ tunc voluntas quam dicere pos/sumus actionem instrumenti huius agit opus suum cum aliquid vult. Tunc inq̃3 volũtas actio magis vl̃ minus fortis dicit̃: quoniã magis vl̃ minus fortiter fit. D Aperta iã mihi esse que explicas: necesse est vt fatear. M Uides igit̃ quia cum homo habitam rectitudinem volun/tatis aliqua ingruẽte deserit tempta tione: nulla vi aliena abstrahit̃: sed ipse cõuertit se ad id qd̃ forti⁹ vult.

Q2 nec de⁹ põt auferre vo/luntatis rectitudinem: Capitulum VIII. D.

Unquid vel deus põt illi auferre rectitudinẽ? M Ui de quõ non possit. Totaz q̃/dem substantiam quam de nihilo fe/cit: potest redigere in nihilũ. A vo/luntate vero habentem rectitudinẽ: non valet illã separare. D Hu/ius tue mihi inaudite assertiõis mul/tum a te rationem expecto. M Nos loquimur de illa volũtatis re/

ctitudine: qua iusta dicitur voluntas: id est que propter se seruatur. Nulla autem est iusta voluntas: nisi que vult quod deus vult eam velle. D Sic oportet fateri: que hoc nõ vult: plane iniusta est. M Seruare itaque rectitudinẽ volũtatis propter ipsam rectitudinẽ: est vnicuique seruanti eam velle quod deus vult illum velle. Si itaque deus separat hãc rectitudinẽ ab alicuius voluntate: aut volens facit hoc aut nolens? D Nolens non põt. M Si itaque aufert alicuius volũtati prefatã rectitudinem: vult quod facit? D Absque dubio vult. M Atque si ab alicuius volũtate vult separare eãdem rectitudinẽ: non vult eũ rectitudinẽ seruare volũtatis propter ipsam rectitudinẽ. D Sic sequitur. M Sed iam positũ est: seruare hoc modo rectitudinem volũtatis: esse omni seruanti velle quod deus vult illum velle. D Si positũ non esset: ita tamen esset. M Ergo si deus hanc rectitudinẽ tollit ab aliquo: non vult eum velle quod vult eum velle. D Nihil consequentius et nihil impossibilius. M Igitur nihil magis impossibile: quam deũ rectitudinem volũtatis auferre: Quod tamen facere dicitur: quando non facit vt eadem rectitudo non deseratur. Porro diabolus vel temptatio ideo dicitur hoc facere sine voluntate ipsam vincere et a rectitudine quam tenet abstrahere: quoniã non permitteret ei aliquid aut minaretur auferre: quod magis quam ipsam rectitudinem vult: nullatenus ipsa se ab illa quam aliquatenus vult posse auertere. D Sic planum videtur mihi quod dicis vt nihil contradici posse existimẽ.

Quod nihil liberius sit recta voluntate: Capitulum IX. M

Ernis itaque nihil liberius recta voluntate: cui nulla vis aliena põt suam auferre rectitudinem. Nempe si dicimus: quia cum vult mẽtiri ne perdat vitam aut salutem: cogitur deserere timore mortis aut tormenti veritatem: non est verum. Non enim cogitur magis velle vitam quam veritatem: sed quoniam vi aliena prohibetur vtrumque seruare simul: ipsa eligit quod mauult: sponte vtique et non inuita quamuis in necessita te vtramlibet deserẽdi posita sit non sponte sed inuita. Non enim minus fortis est ad volẽdum veritatem: quam ad volendum salutem: sed fortius vult salutem. Nam si presentem videret gloriam eternã quam statim post seruatam veritatem assequeretur: et inferni tormẽta quibus post mẽdacium sine mora deputaretur: procul dubio mox viriũ sufficientiã ad seruandam veritatem habere cerneretur. D Aperte hoc videtur eum maiores vires exhibere ad volendũ salutem eternam propter se: et veritatem propter premium: quam ad salutem temporalem seruandam.

Quomodo peccans sit seruus peccati: et quod maius miraculum sit cum deus reddit rectitudinem illam deserenti: quam cum mortuo reddit vitam: Capitulũ X. M

Semper itaque habet ratiõalis homo liberũ arbitrium: quia semper habet potestatẽ seruãdi rectitudinẽ volũtatis propter ipsam rectitudinẽ: quamuis aliquãdo cum difficultate. Sed cum libera voluntas deserit rectitudinem per difficultatem seruandi: vtique post seruit peccato per impossibilitatem per se recuperandi. Sic ergo fit spiritus vadẽs et nõ rediẽs: quoniã Qui facit peccatum: seruus est peccati. Quippe sicut nulla volũtas antequam haberet rectitudinem potuit eam deo non dante capere: ita dũ deserit acceptã non põt eam nisi deo reddẽte recipere. Et Ps. 77. Joh. 8.

maius miraculū existimo cum deus volūtati desertā reddit rectitudinē: q̄ cum mortuo reddit vitā amissaz. Corpus eñi necessitate moriēdo non peccat vt vitā nunq̄ recipiat: volūtas vero per se rectitudinē deserendo meret vt illa sp indigeat. Et si q̄s spōte sibi mortē infert: nō aufert sibi aliq̄d q̄d nunq̄ erat amissur⁹: Qui vero voluntatis rectitudniē deserit: hoc abijcit q̄d ex debito erat seruaturus. D Ualde verū est q̄d dicis
Job. 8. de seruitute: Quia seru⁹ fit peccati q̄ facit peccatū: ꝛ de impossibilitate recuperandi desertam rectitudinē nisi ab eo a quo prius data erat reddat: ꝛ vt illam semp teneāt indesinenter cōsiderandū est omnibus q̄bus dat.

Q ista seruitus nō auferat libertatem arbitrij: Capitulum XI.

Sed hac sententia multū repressisti exultationē meā qua iam putabam esse securū hominē semper habentē libertatem arbitrij. Quare ipsam seruitutē exponi mihi postulo: ne forte libertati prefate repugnare videat. Utraq̄ eñ scʒ hec libertas ꝛ seruitus est in voluntate: s̄m q̄libet aut liber aut seru⁹ est homo. Si ergo seru⁹ quō liber est? Aut si liber quomō seruus? M Si bene discernas: quando non habet prefatam rectitudinē sine repugnantia ꝛ seruus est ꝛ liber. Nunq̄ enim est eius potestatis rectitudinem capere cum non habet: sed semp est eius potestatis seruare cum habet. Per hoc quia redire nō pōt a peccato: seruus est: per hoc quia abstrahi non potest a rectitudine: liber est. Sed a peccato ꝛ eius seruitute non nisi p alium pōt reuerti: A rectitudine vero nō nisi p se potest auerti: ꝛ a libertate sua nec per se nec per aliū pōt priuari. Semper eñ naturaliter liber est ad seruādam rectitudinem si eam habet: etiā quando quam seruet non habet. D Sufficit mihi hoc huius libertatis et seruitutis vt in eodem homine possint esse simul facta concordia.

Apc 21 dñe omnē lachrymam ab oculis dilectorū tuorū: qm nō erit ampli9 mors vltra neq3 luctus &c. Sed dñe quō istud possit esse: nō bene potest cōphēdere aīa mea: que aliquo modo exp̄ta est quāta sit afflictio noscere te & non posse laudare te: cū & ipsa afflictionē generet pp̄ter gratitudinē: qō licet ei affligi p eo q non potest laudare te: īmo oīa que vnq3 ad laudē tuam cogitare: loqui vel agere potest afflictionē ei generant: quia his indignā se putat: & q2 tibi ī nullo poterit respōdere. Sic g anima incarcerata: ī vmbris collocata: sic insatiabilit affligit p laude tua: quō satiabit cum ī meridie appuerit ei bonitas tua: cū vtiq3 videat ad plenū eā n posse laudari. Si forte dicis mihi dñe: q hoc erit maximū gaudiū eius qō perfecte cognoscet bonitatē tuā: & illā tam immēsam q eam nō poterit aliqua creatura plene laudare. Uerū credo q de bonitatis tue immensitate gaudebit: tamē adhuc penitet eā pfecte nō posse laudare nisi aliquo mō. Uulnera eius alligarent & pcussure plage eius sanarent: q2 tūc primū oleū additū esset camino. Unde si placet tibi dñe credo q etiā pena & afflictio laudis tue quā habet hic aīa: ibi satiabit & alligabit pallio laudis cū tu q reples ī bonis desideriū nostrū: tantū dederis te laudare: quantū desideramus: īmo longe supra desideratū. Sic eīn dixisti: Quia vos plorabit & flebit Joh.16.
nūc: mūdus aūt gaudebit: Tristicia vestra vertet in gaudiū. Sanata aūt pena quā hic habuit: & impleto qō h desiderauit: aliā penā p maiori laudatione ibi sicut nec hic a se habere nō potest. Tu etiā nō dabis ei: q oīa Sap.11.
disponis ī numero: pōdere & mēsura: quia tunc nō erit amplius flendi sed ridendi: cum apparuerit nobis tuus vnicus filius: si volumus post ipsum venire.

Q Uarto g ostēdit nobis initiū vie q debem9 post xp̄m venire: cū dic: abneget semetipm. Qui g in via pfectiōis vult seq xp̄m iesum: laboret pmo vt abneget semet ipm. Merito g debem9 nos abnegare cū nihil iuris habeam9 ī nobis. Sūt aūt septē cause: quarū qlibet sufficeret hominē cōpellere vt fateat se ī se nihil iuris habere. Prima: q2 tu dñe nos creasti. Sicut g nihil ī nobis boni est qō tu nō creaueris: ita dignū ē q oīa bona nr̄a sint tua: q nullo mō licet auferri a te sancto sctōrū: ne sacrilegiū cōmittam9. Cur g nō abnegaremus nos q nr̄i nō sum9? Nā qncū q3 aliqd a nobis abnegam9: nec h abne

gatū ꝑpter te cōferimus: sed aliūde quātulibet etiaꝫ modico tpis spacio donamus: mox alienū inuadim⁹. Secūda causa est: quia nos eterne morti deditos: tua morte ꝑciosissima redemisti: ꝑ omnib⁹ mortuus es: vt qui viuūt: iam sibi nō viuāt: sed ei qui ꝑ omnib⁹ mortuus est: vt dicit vas tuū electum. Ergo sicut oēs ⁊ totos redemisti: sic ⁊ omes ⁊ toti tui sunt. Qui vult ergo saluus eē: restituat tibi illū ꝑciosissimū sanguinē quē ꝑ eo fudisti. Tertia: qꝛ nos ingratos omnib⁹ bonis tuis ⁊ auersos a te ꝑpter peccata a diabolo defendisti: postq̄ꝫ a te nostro dn̄o recessim⁹ turpiter ⁊ iniq̄: sub tua ꝑtectiōe esse merito nō deberem⁹. Sicq̄ꝫ nos hostis sine defensiōe captiuos habēs: ad suā volūtatē debuisset in eterna supplicia demersisse nisi tu ex supabūdanti bonitate nos defendisses ab eo: ⁊ ad penitentiā reseruasses: ⁊ ꝑpter hāc causam ꝑprie sumus tui serui q̄si ab hoste seruati. Similiter tui sunt quicū q̄ꝫ ꝑ tuā gratiam laqueos diaboli euitauerint: ⁊ ideo tibi nihil auferri debet ex eo qđ vel te dante nō cecidit: vel si ceciderat est erectū. Quarta causa est: quia cū eternā mortē peccatis nostris meruissemus: tu nos reduxisti ad vitā: eā dimittendo: Cur ergo tibi nō viuem⁹ nos penitus abnegādo a quo habemus qđ eternaliter mortui nō sum⁹? Quīta causa est: q̄ꝫ eadem bonitate qua nos creasti etiam cōseruas ne in nihilū redigamur. Quō em̄ aliquo subsistere valeamus nisi te cōseruante? Si g̊ tu es vita nr̄a: nulli alij viuere debemus: sicut nullo alio subsistere valemus. Sexta causa est securitas. Qui em̄ se totū abnegat: vt tu eū habeas: qui sibi perijt vt tibi valeat: qui sibi nihil est vt tibi aliq̄d sit: Si nihil in se habet: nihil sui amittere timet: ſꝫ semꝑ securus est te qđ tuū est conseruare: Si minentur ei pene inferni vel ignis purgatorius: parū timore eorū afficitur: qꝛ cantabit vacuus corā latrone viator: ⁊ se nō timet ꝑdere qui se abnegat. Si em̄ tu eū qui tuus est ad penas mittere velles: semꝑ tamen de te in bonitate sentiret parat⁹ sustinere qđ velles: nec diceret: cur ita facis? Cui ꝑdicta sentētia nō placet: da ei dn̄e se abnegare vt intelligat. Septima xᵒ causa deberet maxime nos vrgere: scꝫ vt tibi vices redderemus siue rependerem⁹: qꝛ puer natus ē nobis: ⁊ filius datus est nobis: qui das quotidie te nobis in cibū: ⁊ tandē dabis te nobis in premiū: ⁊ in mercedē magnā nimis. Dn̄e q̄d dignū poterit esse tantis bn̄ficijs tuis? Quid ad h̄ dignū poterim⁹ dare? An oportet aliq̄d p̄ter id nō penitus abnegare et tibi dare dulcissime dn̄e? Si vnus hō esset tanti quāti om̄s creature quas vnq̄ꝫ fecisti: quāt⁹ esset si daret se totū tibi qui dedisti te totū nobis? Cuius bonitas in infinitū ꝑpōderat: qui se putat meliorem q̄ꝫ te: tm̄ de se reseruet sibi: quāto meliorē q̄ꝫ tu: Propt̄ hmōi causam dicis. Si quis vult venire post me abneget semetipm̄: imo dn̄e iā cogor dicere saluo xᵒbo tuo q̄ꝫ null⁹ semetipm̄ valeat abnegare. Qn̄ em̄ se abnegabit q̄ nūq̄ꝫ aliq̄d iuris in se habuit? Sed dn̄e in hoc verbo ostēdis maximā gratitudinē tuā: vt hoc tanti estimes: vt quicū q̄ꝫ ī se sibi aliquid iuris vsurpauerat: si ab hoc cecideraт ⁊ vlteri⁹ se tibi rapere nō attemptat: Da mihi dn̄e vt me abnegē: imo vt reddā qđ rapui violēter. Debemus aūt ſm legē ablatū reddere quadruplū: vt nō solū nos sed ⁊ nostra reddam⁹: scꝫ naturalia: fortuita ⁊ gratuita. Naturalia sunt q̄ cōiter natura omnib⁹ hominib⁹ administrat: Quedā in aīa tm̄: vt ītellect⁹: ⁊ affectus: q̄dā ī corpe mediāte aīa: vt q̄nq̄ꝫ sensus īteriores. Reddam⁹ g̊ intellectū: sed suū ꝑpriū relinquētes: qui nos multū a cognitiōe veritatis impedit. Odiu em̄ hō sensu suo ita īnititur vt ab eo recedere nolit: vix sensū alterius quātūcū q̄ꝫ rōnalem apprehendit. Faciendū igit̄ est ſm aplm̄: Quicū q̄ꝫ inter vos sapiēs esse vult:

2. Cor. 5
Esa.
Mt.
1. Co.

stultus fiat vt sapiēs sit. Si eñ hũi/
liter se stultũ reputaret ad tēpus: tũc
verã sapientiã a te siue a tuis appre/
o II. hendere posset: q2 vbi humilitas ibi
Ac.9. sapientia. Paul⁹ eñ credit' didicis/
se euangeliũ in illis tribus dieb⁹ cu3
cecus esset. Reddam⁹ etiam affectũ
deo semp postponendo nostrã volũ
tate3 voluntati diuine: & maxime in
oratione nostra: q2 in omni oratiõe
nostre vtilitati suã debem⁹ ppone/
re voluntatē: imo sua voluntas si ea
recte vtimur semp ē nostra vtilitas.
Sepe aũt vẽit de pp̃o sensu: q2 si cre
dim⁹ dñi voluntatē esse quicqd cir/
ca nos ptingit: & ita abutimur ea mi
nus grate suscipiēdo: sicut dicit Au/
gustinus: Optimus ille tu⁹ minister
est qui nõ hoc a te audire desiderat:
qđ ipe voluerit: s3 hoc velle qđ a te
audiet. S3 eũ his duob⁹: scilicet in/
tellectu & affectu & qnqꝫ sensus exte
riores reddamus mortificando eos
ab oĩbus vanitatibus & ad tuũ ob/
sequiũ conuertendo: Iã aliquantu/
lũ habemus de prima pte quã nobis/
cũ abnegare debemus: scilicet de na/
turalibus bonis. Secunda pars sũt
fortuita: que dicere possumus tpalia
& amicos. Hec eñ oĩa calcanda sũt
ne impediant tuũ amorē. Min⁹ eñ
amat te q̃ tecũ aliquid amat qđ non
ppter te amat: vt dicit Aug⁹. Val/
de deberet homo indignari diligere
modica: quē tante dignitatis fecisti
vt ei liceat te amare. Occultius aũt
nocet nimi⁹ amor amicoꝝ q̃ tpaliũ:
q2 tegit se velamine charitatis: ita ꝙ
sepe putet homo charitatē esse qđ di
lectio est carnalis: que ita dulciter &
suauiter mentē captiuã tenet ꝙ nesci
at homo q̃ duris vinculis fuerit li/
gat⁹ nisi postq̃ fuerit absolut⁹. Sic
totũ cor nostrũ tuo debemus amori
vt q̃cq̃d de eo alteri dam⁹: tibi sub/
trahimus. Necessariũ ergo ē vt oĩa
que fortuna nobis offert diligenda:
siue res tpales: siue amicos: ppter te
abnegemus. Tertia pars restitutio/
nis sunt gratuita: sc3 ṽtutes quas ad
fontē suũ penit⁹ refundere debem⁹:
nihil ex his nobis ascribendo: sed ti/
bi a quo oē donũ perfectũ: p eis gra Iac.1.
tes referendo. Si oĩa que in his tri/
bus: scilicet bonis naturalib⁹: fortui
tis & gratuitis īueniunt: abnegam⁹:
nos tibi qđ fraudauimus in quadru
plũ restituim⁹: & hoc sit nobis initiũ
vite perfecte sic nosmetipos penitus
abnegare.

Quinto ɔsiderandũ est quale ¶
mediu3 perfectionis sit nobis
ppositũ: vt ambulem⁹ p ipsu3
sc3 vt cruce3 nostrã tollamus. Crux
autē a cruciatu dicit'. Dñe si crucem
nostrã tuũ seruitiũ dicerē: sm opinio
nē eoꝝ hoc intelligerē qui nesciunt:
qm iugũ tuũ suaue est: & onus tuũ le math.11.
ue. Nec sentiũt q̃ bonus & q̃ suauis
tuus sit spiritus in nobis. Dico autē
crucē eē cruciatũ cordis: quē đ hoc
habere debemus ꝙ non sumus ita fi
deles & feruentes in omi seruitio tuo
& laude tua vt deberemus. Hec crux
habet longitudinē: latitudinē: subli/
mitatē atqꝫ pfundũ. Debemus ergo
habere cruciatũ: eo ꝙ nõ tãtũ humi
liamur vt deberemus: & hoc est pfũ
dũ crucis. Nõ tantũ amamus & lau
damus quantũ bonitas tua exigit: et
hec ē sublimitas. Nõ sum⁹ tã fideles
vt deberem⁹: & hec ē latitudo. Q2 nõ
semp ɔtinuamus nec laudē tuam co
piose extollimus: & ab infidelitate to
to nisu desistimus: & hec est longi/
tudo. Ad pfundũ humilitatis cogit
nos pma ppria cognitio. Satis eñ
est homini ad humilitatē cognoscere
seipm: maxime si recordamur iniqui
tatũ nostrarũ antiquarũ: q2 inique
in ɔspectu tuo egimus. Deus me⁹ q2
reuera tam fidelis nobis es ꝙ etiam
in peccatis nobis existentibus pecca
ta dimittere: & gratiã tuã tam abun
danter sicut vellem⁹ largiri es para/
tus: Quanto maiora quis de te psu
mit: tanto magis necesse est eũ humi
liari: q2 tanto nequius egit cõtra te

peccādo: quanto tu interim largius ei benefacere cogitabas. Añ Berñ. Quanto benignius de illo: tanto indignius de me sentire cogor. Itē defect⁹ quotidiani humiliant: eo ꝙ ita instabiles in laude tua sumus: immo nunq̄ in eodem statu ꝑmanemus. Quanto tu quotidie pronior es ad indulgendū: tanto plus humiliat cō trā tuā delinquere bonitatē. Itē pōdus gratie humiliat ꝛ deꝑmit: cū ꝯsideramus ꝙ ea indigni sumus: q̄ magis in inferno esse merueramus. Itē ꝙ tu tantuꝫ humiliatus es ꝑ nobis dñe deus meus. Iteꝫ ꝙ in natura diuinitatis tue omnē excedis humilitatem: cui si velim⁹ similari: necesse habemus humiliari. Itē ꝙ adeo tā fugidi sumus: vt nec amore nec laude nec in aliquo respondere tue bonitati possum⁹. Hec ꝛ multa alia que magis cōmunia sunt: ad humilitatē nobis sufficiūt: īmo supbie aliū locū relinquūt. Valde aūt necessaria est nobis ꝓfunditas humilitatis ad tuam sublimitatē: q: quanto quis se reputat indigniorē: tanto magis gratus est beneficijs: ꝛ quanto gratior: tanto magis laudabilior: Et q̄ maxime gratus est: maxime te laudabit. Da igit̄ nobis dñe verā humilitatē: id ē ita cruciari: ꝙ ī hac vita nō possum⁹ ad plenū humiliari: vt sic habeam⁹ crucis ꝓfundū.

b Sublimitas crucis: ē cruciari ꝑ eo ꝙ te ad plenū laudare non possum⁹ ꝛ amare. Q̄d cā amoris tui hēam⁹ q̄ lingua dicere: vel q̄s intellectus sufficiat capere: nescio. Si aliq̄d gratis amare volum⁹: vbi melius q̄ꝫ in te amorē nostrū locabim⁹? Si ꝑ muneribus: q̄to plura dabis? Sed quanto plus ꝓmittis: tāto magis gratis amari mereris. Si amare volum⁹ eos q̄ nos amāt: q̄nto eq̄us nos te amabimus? Et si expectam⁹ ꝛ desideram⁹ vt q̄s extorqueat a nobis amari: nōne tu es de⁹ me⁹ q̄ tam crebro pulsas ꝛ mēdicas ad ostium nr̄m: dicēs? Prebe fili cor tuū mihi: ꝓ īmo ꝛ sepe repulsus: te iterū ingeris impudēter. Si v̄o aliq̄d volum⁹ diligere q: bonū: cur nō poti⁹ te immē sū bonū: q̄ totū nostrū tibi vendicas affectū vt bonitatē tuā amem⁹ ꝛ laudemus? Si v̄o aliq̄d dignum iudicamus amore nostro ꝙ tanta fecim⁹ ꝑ te: cur nō iudicam⁹ similit̄ de te q̄ tot ꝛ tanta fecisti ꝑ nobis? Si v̄o consideramus passiones tuas: tu aīaꝫ tuā ꝑ nobis dignātissime posuisti: vt totā aīam nostrā possideres. Infinita sunt dñe q̄ nos te amare cōpellūt: q: oīa q̄ creasti: tuā p̄dicāt bonitatem: qm̄ q̄ in oībus nō intelligūt: nō tibi: ꝫ sue imputēt cecitati. Sed q: ꝓbatio dilectionis: exhibitio est opis: necesse habet aīa sic se ꝯformare ad dilectionē tuā: vt sicut te habes ad eā: sic sp̄ se ad te habere nitat̄. Maxime aūt in istis. Primo: sicut tu amas sp̄: ita ꝛ ipā sp̄ amet: ꝛ h̄ ostēdere tibi nitat̄ vt omnē affectū suū tue ꝯtemperet volūtati. Sūt aūt q̄ttuor affectiones ad q̄s alie reduci p̄nt: scꝫ gaudiū: dolor: spes ꝛ timor. Prime due sūt circa p̄ntia vel p̄terita: ꝛ alie due sūt circa futura. Sic igr̄ tibi ꝯfirmare nostras affectiones debem⁹: vt de oīb⁹ q̄ tibi adūsa sūt: timeam⁹ ꝛ doleamus: ꝛ q̄ tibi honesta: de his speren⁹ ꝛ gaudeam⁹: oēs alias affectiones d̄ cordib⁹ nr̄is effugātes. Quāta vtilitas ī h̄ eēt ꝙ falsas ꝛ inutiles affectiōes vitaremus? Vtiq̄ si hō se vere s̄m has q̄ttuor affectiōes examinaret quādo aliq̄s motus sentiret: quō tu euꝫ eripes dñe solus nosti. Si eñi originē motuū nostroꝝ diligēter aduerterem⁹: sepe inueniremus esse vitij q̄d putauim⁹ esse v̄tutis: ꝛ sepe illo impedimur quo credimus promoueri. Secūdo: sicut sp̄ habes nos pre oculis tuis: ita etiā te sp̄ debem⁹ cogitare p̄sentem: hoc cogit nos ab oīb⁹ cogitationib⁹ nostris: verbis: factis ꝛ moribus esse sub moderamine discipline: qm̄ nō auderet sponsa inhone/

ste se habere sponso suo p̄sente: imo in oībus intenderet sibi placere ꝛ q̄rere ab eo ꝯsiliū ꝛ auxiliū: vt in oībꝰ ſm suā posset agere voluntatē. Cuꝫ aūt in oībus tibi placere intendimꝰ: sp securā ꝯscientiā habebimus: etiā si se aliquid minus vtile p̄ter te intētioni nostre ingesserit incidēter. Tertio: sicut sp ꝛ ꝯtinue seruis nobis: oīa opa nostra opando vel sustinēdo: ne esse desinamus vel p alios vel q̄cunq; modo: ita nūq̄ pticula diei bone debet nos p̄terire q̄n in tuo seruitio expēdat. Quarto: sicut semp tueris nos ꝛ custodis ab oībus malis siue p te siue p tuos: ita diligēter debemꝰ nos abstrahere ab omibus que nos possent ī tuo seruitio īpedire. Quīto: sicut largitas tua nunq̄ lassat in dando: ita nunq̄ debemꝰ volūtarie deficere in orando. Sexto: sicut semper es benignus in relaxādo: ita nūq̄ debemus defectibꝰ nr̄is terreri: q̄n stati pꝰ culpā veniā postulemꝰ. Qm̄ em̄ cor hoīs ē distortū ꝛ a te quodā modo alienū: multo ē pronius ad leuitates ꝛ ad q̄rendū exterius falsas ꝯsolationes: q̄ sibi dū apud te esset. Unde nō est differēda acquisitio venie: ne diuturnior recessus difficiliorē reditū operetur. Taliter nos debemus ad te habere ꝛ semp cruciari: q̄ te tantū non amamus vt debemus. Quomō aūt te laudare debeamus: ꝛ de q̄bus gratias agere debeamus: est in principio supra dictū. Da nobis dn̄e toto desiderio ad amandū ꝛ laudandū te aspirare: ꝛ p eo q̄ digne non possumus cruciari: ꝛ hoc nobis tollende crucis sit altitudo.

Altitudo autē crucis est fidelitas semp spiritū cruciās ꝛ dilatans: vt omnē hominē subijciat tue laudi ac seruituti. Hec maxīe facit hominē in oratione cōmunem: cogēs vt quicquid sibi vel aliquibꝰ: specialiter suis desiderat: q2 eos humiles quodāmodo videt: nihil tamē hominū ſ totū ad laudē tue desideret bonitatis. Qm̄ cū fidelitas maxime in oratione ꝯsistat: ꝯsiderandū ē q̄liter debeat orare q̄ voluerit exaudiri. Debet em̄ orare sapiēter: ardēter: humiliter: fidelit: pseueranter ꝛ ꝯfidēter. Sapienter: vt oret que tue laudi sūt expedientia ꝛ pximorū saluti. Si v̄o in q̄busdā dubitamꝰ vtꝝ expediant: sicut salus corporꝫ: ꝛ similia que quandoq; nocere: quandoq; pdesse possunt: p his semp sub conditione est orandūꝫ: scilicet si tibi sit placitū ꝛ honestū. Ardenter: scilicet deuote vel ad minus seriose: vt bene videamus quid petēdū sit a te: intēte de corde nostro petamus: nō alienis ſ pprijs verbis: cordis vel oris: quia vtraq; eque intelligis ꝛ auscultas. Humiliter: vt non d̄ nostro merito: sed tantū de tua gratia confidamus. Quis em̄ peccata dimiseris ꝛ quandoq; aliquid tibi seruire concedas: semp tamen tales nos reputare debemus: quales nos ip̄os peccādo fecimus: quia nihil nisi malū per nos facere possumus. Fideliter: vt ī oratione offeramus nos ad carentiam omnis gaudij: ꝛ ad patientiā omnis pene que ad vtilitatē nostram cedere valeat p tuum adiutoriū: vt in exauditione desiderij nostri actio tuā laudem attollat. Sed domine mereor sic offerendo me tibi: cum tamen vt totus tuus ad hoc tenear: etiaꝫ si nunq̄ volueris me exaudire. Perseueranter: vt nunq̄ cessare proponamus a desiderio omniū que tibi sunt laudabilia ꝛ honesta. Si qua vero in nobis vel in nostris supuenerit necessitas: q̄uis pro hac semper cū intentione non possumus orare: tamē aliquotiens cuꝫ omni fidelitate qua possumus pro ea orabimus: ꝛ deinceps voluntati tue nostrū desideriū cōmittemꝰ sp p̄mā fidelitatē: ꝛ si nō ī actu: tn̄ in hitu retinētes. Cōfidēt: vt postulemꝰ in fide nihil hesitātes. Jac. 1.
Sūt aūt septē cause q̄ cogūt nos tue

confidere bonitati. Prima: qr iustũ cẽ desideriũ tu das: Et ad q̃d dares nisi etiã velles exaudire? Secũda: qr non ad nostrã vtilitatẽ: ꝫ ad tuã gloriam volumus exaudiri. Tertia: q̃a maiora q̃ pro nobis fecisti animant nos vt etiã de minoribus ↄfidamꝰ. Omnia eñ que petere possumus taꝫ minora sunt q̃ꝫ ꝙ dignanter pro nobis es incarnatus ⁊ passus. Quarta: quia tam facile est apud te in maximis q̃ꝫ in minimis exaudire. Quinta: quia nos ad hoc prouocat tue cõsideratio bonitatis. Sexta: quia intercessorẽ te iesu christe habemus: et om̃es sanctos. Septima: quia infinitã ad nos habes bonitatẽ. Si eĩ modica dilectio quã ad te habemus ad hoc nos cogit: vt in om̃ibus tue voluntati libenter parere velimus: cur idẽ de inestimabili dilectione tua nõ p̃sumeremus? Alioquin fideliores vellemꝰ apparere q̃ꝫ tu. Si tales nos tibi exhiberemꝰ: qualẽ te nobis ecõuerso: nõ crederemus: Sic dñe orabimus ⁊ ꝑpter hoc in oratione cõfidẽtiã habebimus: nihilominꝰ tamẽ cruciabimur: ꝙ hoc digne exequẽdo omnẽ hominẽ ad tuã laudeꝫ per effectũ trahere ñ possumꝰ ⁊ amplecti: ⁊ hec spũalis nostre crucis est latitudo.

Longitudo autẽ crucis tue toti vite nostre debet cõmẽsurari: vt q̃ꝫuis ↄsideremꝰ tecũ esse iocundũ: ⁊ te in domo tua laudare: ⁊ ĩ abysso tue dulcedinis absorberi: tamẽ nõ tedeat nos portare crucẽ tuã: cruciari scꝫ in misera hac vita pro tue laudis augmẽto. Quid magni ẽ domine: si tecũ sim in p̃ria vbi sum securꝰ ab oĩ malo: ⁊ vbi habeã q̃cq̃d volo? Da mihi dñe vt nũq̃ꝫ me pũgẽdo sic ꝯpent claui timoris ⁊ miserie huiꝰ vite: vt añ velim descẽdere vel saltem deponi de cruce: q̃ꝫ a te dñe ꝫ fuerit mandatũ. Sed neq̃ꝫ hoc desiderare: vt ab hac cito faciaſ me deponi: sed vt sꝑ mallẽ ꝑpter te pendere in cruce: q̃ꝫ a miserijs his facias me ĩ abscondito sepeliri. Tu eñ dñe nec descẽdisti ď cruce: nec sic te deponi p̃tisti. Voluntas ẽ sꝑ affligendi ꝓ augmẽto tue laudis: ⁊ crucis erit lõgitudo. Si q̃s ẽ vult venire post me: tollat crucẽ suã quotidie: ⁊ sequaſ me: ⁊ sic currat ꝑ mediũ vie ꝑfectiõis. Si nos tollamꝰ: dñe tu ip̃e portabis. Luc

Inẽ añt viaꝫ ꝑfectiõis: id est ꝑseuerantiã in volũtate semꝑ ꝓ te patiẽdi innuis in eo ꝙ dicis: quotidie. Si eñ vno die ꝑlus q̃ꝫ tu iusseris: crucẽ deponere volumꝰ: eã quotidie tollimꝰ. Qui añt ꝑseuerauerit vsq̃ꝫ tu eã deponas: ꝫ in abũdãti laude tua sepulchrum ingredietur pacis eterne. Quis in hoc ꝟbo intelligere possumus ꝙ sicut cruciatus ꝓ tua laude quotidie deficiẽdo cadit: ita crucẽ quotidie tollere debemus: laudis tue desideriũ resumẽdo. Crux quãto diutius iacet: tanto difficilius tollitur.

Qua ꝟo intentione in via ista sit ambulandũ: ĩnuis vltimo cũ dicis: sequaſ me. Q ď tam de gressu corpꝛis q̃ꝫ de mẽtꝫ possumꝰ intelligere. Quia multi nõ solũ portãtes crucẽ: ꝫ ⁊ se suspẽdẽtes in cruce: te gressu corpis sũt secuti. Sequamur igiſ te nõ tantũ gressu bonorꝫ operũ: ꝫ ⁊ intentione cordiũ: vt non solũ ↄsideremꝰ q̃bus opibus nos p̃cesseris: sed qua intẽtione feceris: ⁊ in hac te sequi studeamꝰ. Inuenimꝰ añt ꝙ in oĩbus cogitatiõibus: ꝟbis ⁊ factis tuis principaliſ q̃sieris gloriã tui patris. Tu ergo domine iesu christe dirige intentionẽ nostrã vt in om̃ibus gloriã eius queramꝰ ⁊ tuã: nos abnegando: ꝑfundũ: sublimitatẽ: latitudinẽ ⁊ longitudineꝫ crucis portãdo: ⁊ in ea ꝑseuerando ad laudem ⁊ gloriam tuã: Qui cum patre ⁊ spiritusancto viuis ac regnas deus per om̃ia secula seculoꝝ: Amen.

Beati Anselmi liber de mẽsuratione crucis: explicit.

Eiusdē beati Anselmi liber meditationū incipit.

A Domine deus meus: da cordi meo te desiderare: desiderādo q̄rere: querendo inuenire: inueniēdo amare: amando mala mea redimere: redēpta nō iterare: da dn̄e de⁹ cordi meo penitētie cōpunctionē: spiritui ꝯtritionē: oculis lachrymaꝝ fontē: manibus elemosyne largitatē. Rex meus extingue in me desideria carnis: ⁊ accēde vim tui amoris. Redēptor me⁹ expelle a me spiritū superbie: ⁊ ꝯcede mihi ꝓpitius thesauꝝ hūilitatis tue. Saluator me⁹ amoue a me furorem ire: ⁊ īdulge mihi sensū patiētie. Creator me⁹ euelle a me aī rācorē: ⁊ largire mihi mētis dulcedinē. Da pater clementissime solidā mihi fidē: spem ꝯgruā: charitatē ꝑfectā. Rector meus auerte a me animi vanitatē: mentis inconstantiā: cordis vagationē: oris scurrilitatē: oculoꝝ elationē: vētris ingluuiē: opprobria ꝓximoꝝ: scelera detractionū: curiositatꝭ prurigīnē: diuitiaꝝ cupiditatē: potentatuū rapinā: inanis glīe appetitū: hypocrisis malū: adulationis venenū: cōtemptū inopū: opp̄ssionē debilium: auaricie ardorē: inuidie rubiginem: blasphemie mortē. Reseca ī me temeritatē meoꝝ factoꝝ iniquā ꝑtinaciā: inquietudinē: ociositatē: somnolentiā: pigriciā: mētis hebetudinē: cordis cecitatē: sens⁹ obstinationē: moꝝ truculentiā: boni inobedientiā: cōsilij repugnationē: lingue effrenationē: pauperꝝ predā: impotentū violētiā: innocentū calūniā: subditoꝝ negligentiā: circa subditos seueritatē: aduers⁹ domesticos impietatē: erga
B ꝓximos duriciā. Deus meus misericordia mea: oro te ꝑ dilectū filiū tuū da mihi opa misericordie: pietatiꝭ studia: compati afflictis: subuenire egenis: succurrere miseris: cōsulere erroneis: ꝯsolari mestos: releuare oppressos: paupes recreare: flebiles refouere: dimittere debitoribus: parcere in me peccātibus: odiētes me diligere: ꝓ malis bona reddere: neminē despicere ſ honorare: bonos imitari: malos cauere: ꝟtutes amplecti: vitia reijcere: in aduersis patientiā: in ꝓsperis ꝯtinentiā: custodiā oris: ⁊ ostium circūstantie labijs meis: frena calcare: celestia sitire. Ecce plasmator me⁹ multa rogaui cū nec pauca ꝓmerui: Fateor heu fateor: nō solum que postulo nō debent bona: ſ multa mihi debent ⁊ exquisita supplicia: Animant me publicani: meretrices ⁊ latrones: q̄ a faucibus hostis momēta nec eruti: sinib⁹ recipiunt pastoris. Tu em̄ omniū factor de⁹ licet in cūctis tuis sis mirabilis opibus: mirabilior tamē in visceribus crederis pietatis. Unde de temet ꝑ quendā tuū dixisti: Miseratiōes ei⁹ sup oīa opera eius: ⁊ q̄si de singulo loquente: de vniūso populo tuo dixisti cōfidenter: Misericordiā meā nō dispergam ab eo. Nullū em̄ spernis: nullū abijcis: nullū phorrescis: nisi q̄ te forte amēs exhorruerit. Ergo non modo nō iratus percutis: sed te irritantibus dona si quesierint tribuis: deus me⁹ cornu salutis mee ⁊ susceptor me⁹. Ego infelix te irritaui: ego malū coraꝫ te feci: furorē tuū prouocaui: iram promerui: peccaui ⁊ passus es: deliqui ⁊ adhuc sustines. Si penitet parcis: si reuertor suscipis: insup dum differo p̄stolaris. Reuocas errantē: inuitas repugnantē: excitas torpentem: amplecteriꝭ redeuntē: doces ignorantē: merētē mulces: a ruina suscitas: post lapsum reparas: petenti largiris: q̄renti inueniris: pulsanti aperis. Ecce domine deus salutis mee: quid opponam nescio: quid respondeā ignoro: nullū confugiū: nullū a te patet lati-

Ps. 44
Ps. 88.
Ps. 17.

bulum. Ostendisti bene viuendi vi/
am: dedisti gradiendi scientiã: mina
tus es mihi gehennã: et pollicitus es
paradisi gloriam. Nunc pater miseri
cordiarum et totius consolationis: con
Ps. 118 fige timore tuo carnes meas: quate/
nus que minaris metuendo euadã:
et redde mihi propitius leticiã saluta
ris tui: vt que spõdes: diligendo pri
cipez: Fortitudo mea domine: firma
Ps. 17. mentũ meum deus et refugiũ meum
et liberator meus: suggere qđ de te co/
gitẽ: doce quibus sermonibus inuo
cem: de quibus operibus te placem.
Scio nãq3 scio vnũ quo placaris: et
aliud quod nõ spernis. Est vtiq3 spi
ritus contribulatus tibi sacrificium:
et acceptas cor contritum et humilia
tum. His me deus meus: adiutor me
us dita muneribus: His contra ini/
micũ muni protectionibus: hoc contra flã
mis vitiorum presta refugium: hoc
a desideriorũ passionibus pande pi/
us refugiũ. Fac domine virtus salutis
mee ne sim in corum ordine qui credũt
pro tempore: et recedũt temptati/
Ps. 139. onis tempore. Obumbra caput meũ
in die belli: esto spes mea in die affli/
ctionis mee: et salus in tẽpore tribu/
D latiõis mee. Ecce deus illũinatio mea
et salus mea: rogaui quibus egeo: ĩtimaui
quod timeo: sed remordet me cõsciã: reprehẽ
dũt me cordis secreta: et quod amor mi
nistrat: timor dissipat: zelus incitat: me
tus increpat acte vite fortitudinẽ: sed
tua ĩgerit pietas fiduciã. Tua horta
tur benignitas: mea dehortatur malig/
nitas: et vt verius fatear: occurrũt me/
morie phãtasmata peccatorum: que re/
uerberant aciem vel audaciã presu/
mentiũ animorum. Cum enim odio quis
dignus sit: qua fronte gratiam requi
rit? Cum pena debetur: quam temeritate
gloria poscitur? Lacessit iudicẽ: qui
postposita satisfactiõe delicti: premiis
querit honorari. Regi insultat obno
xius supplicio qui flagitat donari ĩ/
debito premio. Et dilecti patris affectũ
stultus exacerbat filius: qui post il/
latas contumelias ante penitudinẽ
hereditatis vsurpat celsitudinẽ. Quod
mi pater me egisse recolo: merui mor
tem et peto vitam: cõmoui regẽ meũ:
cuius impudens nunc inuoco auxili/
um: contempsi iudiciũ iudicis: quem
temere postulo adiutorẽ: insolẽs re/
nui audire patrẽ quẽ demũ presumo
habere tutorẽ. Heu mihi quam sero ve/ E
nio: heu heu quam tarde festino: heu quia
curro post vulnera: dedignatus inco
lumis precauere iacula: neglexi pro/
spicere tela: modo sollicitor de mor/
te vicina: vulneribus influxi: quia sce/
lera sceleribus addere non timui: re/
cẽti tabe cicatrices respersi: quia pri
sca flagitia modernis inquinationi/
bus reciprocaui et que diuina solida
uerat gratia vel medicina: mea dissol
uit prurigo phrenetica. Cutis quam su/
perducta vulneribus morbũ celaue
rat: sanie erumpente putruit: quia ite
rata iniquitas concessam misericor/
diam exinaniuit. Noui quippe scri/
ptum: In quacunq3 die iustus pecca
uerit: omnes iusticie eius in obliuione Ezec
erunt. Si iusticia aboletur iusti ruen
tis: quãto magis peccatoris in idip/
sum ruentis? Quotiens vt canis re/
dii ad vomitũ: et vt sus petii voluta
brũ? Fateri mihi itaq3 et recordari ĩ/
possibile est quot mortalium homines
peccare ignorantes docui: nolenti/
bus delinquere persuasi: resistentes
coegi: volentibus cõsensi: quot sane
gradientes in laqueũ duxi: viaz que
rẽtibus foueã retexi: mala patrare nõ
horrui: donorum dei obliuisci nõ metui.
Sz tu iuste iudex signasti quasi in saccu/
lo pecuniaz peccata mea: et obserua/
sti oẽs semitas meas: et cũctos gres/
sus meos dinũerasti: Tacuisti semper: Esa.
siluisti: patiẽs fuisti. Ve mihi: demũ F.
loqueris quasi parturiens: Deus deo/
rum domine: prestabilis super nequi
ciam: noui quia manifestus venies:
noui quia non semper silebis: cuz in
conspectu tuo ignis exardescet et ĩ cir
cũitu tuo tempestas ingruerit vali/

da: cum aduocaueris celum desursũ et terram discernere populum tuum. Ecce tot milibus populorũ nudabũtur omẽs iniquitates mee: tot agminibus patebunt scelera mea: nõ solũ actuũ: sed etiã cogitationũ simulqꝫ locutionũ. Tot iudicibꝰ inops astabo quotquot me precesserunt in bono opere. Tot arguentibꝰ confundar quotquot mihi prebuerũt sancta viuendi exẽpla. Tot vincar testibꝰ: qͥ me monuerũt proficuis sermonibus sepeqꝫ imitãdos iustis mihi dederũt actionibus. Domine mi deus nõ suppetit quod dicã: non occurrit quid respondeam: et ecce iam illi intersum discrimini: vrget me conscientia: cruciant cordis arcana: coartat auaricia: accusat superbia: consumit inuidia: inflammat concupiscentia: incestat luxuria: dehonestat gula: confutat ebrietas: detractio lacerat: ambitio supplantat: rapacitas obiurgat: discordia dissipat: ira perturbat: leuitas deijcit: torpor opprimit: hypocrisis fallit: adulatio frãgit: fauor extollit: calũnia pũgit. Ecce liberator meus de gentibus iracundis: Ecce cum quibus vixi a die natiuitatis mee: quibus studui: quibus fidẽ seruaui: ipa me studia q̃ dilexeram dãnant: que laudaueram vituperant. Hi sunt quibus acquieui amici: quibus parui magistri: quibꝰ seruiui domini: consules quibus credidi: ciues quibus cohabitaui: domestici quibꝰ
G consenui: Heu mihi rex meus et deꝰ meus: quia incolatus meus prolongatus est. Ve mihi illuminatio mea: quia habitaui cum habitantibus cedar: Et cũ sanctꝰ dixerit multũ: quãto magis ego infelix dicere possũ: nimis icola fuit anima mea. Firmamẽtum meũ: non iustificabitur in cõspectu tuo omis viuens. Spes mea: nõ est in filijs hominũ: quẽ si remota pietate iudicaueris iustũ inuenias: et nisi pueneris miserando impiũ: nõ erit quẽ glorifices pium. Credo nãqꝫ salus mea qđ audiui: quomodo benignitas tua ad penitentiã me adducit: turris fortitudinis: sonuerunt necessaria mihi tua labia: Nemo põt venire ad me nisi paṫ qui misit me traxerit eũ. Joh. 6. Enimuero quia instruxisti me tãtaqꝫ propitius institutiõe formasti: totĩ medullis cordis: toto annisu mẽtis: te omipotens pater cũ dulcissimo puero: teqꝫ dulcissima proles cũ serenissimo inuoco paclito: Trahe me quatenꝰ post te currere in odorẽ vnguẽtorꝫ tuorꝫ delecter. O magna dñe deus meꝰ multitudo dulcedinis tue quã abscõdisti timẽtibꝰ te. Abscondisti qꝛ ↄseruasti: nõ qꝛ abscõdisti. Abstulisti cũ ea magis multiplicasti. Solet aliqñ qđ absconditᷣ diligentius inuestigari: et inuentũ artiꝰ amari: dilata in te non minuuntᷣ: sed magis crescũt desideria. Nõ est q̃ tuꝰ amor trãsitorius ꝫ eternꝰ. Qui te diligũt nõ tepescũt: ꝫ feruescũt: Nõ est tuus amor ociosus: memoria tua super mel dulcis: meditatio de te plus q̃ cibꝰ suauis: De te loq̃ plena ẽ refectio: te nosse pfecta ↄsolatio: tibi adherere vita eterna: a te separi mors ppetua. Fons viuꝰ his q̃ te sitiũt: esca indeficiẽs q̃ te esuriũt. Gloria te q̃rẽtibꝰ: gaudiũ inuenietibꝰ. Odor tuꝰ suscitat mortuos: respectꝰ curat egrotos: lux tua oẽm fugat caliginẽ: visitatio tua cũctã repellit tristiciã: Nllꝰ apꝰ te meror: pcul a te oĩs dolor: nll'a tecũ mesticia: nll'a indigẽtia: nll'a vbi es nccitas: nllꝰ bõi ẽ difficultas: nũq̃ ibi tenebre nec terror noiaṫ gehẽne: nullꝰ noctis tetra cecitas: nec tumultꝰ iprobitas: nũq̃ famis sitisqꝫ iopia: frigoris nec estꝰ circa te moraṫ penuria: nõ iualitudo corpis: psus nec corruptio mẽtis: nõ zelꝰ neqꝫ ↄtẽtio nec oĩo ãbitio: illinc abest sollicitudo finis et cura mortĩ: labor senectutĩ: lãguor egritudĩs: ibi nesciṫ passio aerĩ et varietas tpis. Hec ẽ eĩ magna mltitudo dulcedĩs tue dñe quã abscõdisti timentibꝰ te: sed perfecisti D

ſperantibus in te. O ꝙ̄ bona abſcon
ſio que efficit ꝑfectio: nō em̄ hec ab/
ſconſio eſtimat ꝑditio: ſ; magis ꝯſer
uatio que fit ꝑfectio. O glorioſe rex
ꝙ̄ vera ſūt tua iudicia iuſtificata ī ſe
Ps.18 metipſa: vere deſiderabilia ſup aurū
τ lapidē ꝑcioſū multū: vtiqꝫ τ dul/
ciora ſup mel τ fauū. O vita mea: de
us meus: rogo te p nomē redēptoꝛ
mei dilecti filij tui: largiri propitius
vt cuſtodiā ea. Cogui nāqꝫ qꝛ ī cu/
ſtodiēdis illis retributio multa. Glo
ria mea: deus meꝰ: abſcondis theſau
rum tuū vt incites cupidū: recondis
margaritā vt augeas querētis amo/
rē: differs dare vt doceas petere: diſ
ſimulas audire petentē vt facias pſe
uerantē. Poſtremo incipientibꝰ q̄/
J rere pmittis: vt non niſi vere pſeue/
rantibus ſalutē tribuas: qđ plane in
dicat illa flebilis q̄ tuū in ſepulchro
natū chriſtū inter mortuos q̄rebat
viuū: durantibꝰ adhuc tenebris quā
accēderas vt quereret: ſed querenti
diſparebas vt pſeueraret: pſeuerauit
ſperans: τ ſperauit pſeuerans. τ qꝛ ī
ſpe pſeuerauit: vidē te meruit. Bea/
ta viſio τ plena exultatio. O ſummū
gaudiū τ conſūmatū deſideriū: deſi/
derabilis vultus: iocūdus aſpectus.
O ſpes τ felix perſeuerantia: niſi eū
ſperaret nō pſeueraret: τ niſi pſeuera
ret: ſpei fructū nō percipet. Sic em̄
deus meus: miſericordia mea abſcon
deris timentibus te: vt inueniarꝭ ſpe
rantibus in te: ſic elongaris querēti/
bus vt appropinques pſeuerantibꝰ.
Qui elongāt ſe a te peribunt: q̄ autē
Ps.72. expectant te non confundent. Qui
Ps.24. timent te: ſperent in te: quoniam ꝓ/
tector τ adiutor eoꝝ es. Per timo/
rem venit ad amorē: Timendus es
vt dn̄s: amādus vt pater. Timor tu/
us ſanctus pmanet: quia ſanctos p/
manere facit q̄s poſſidet. Nihil de/
eſt timentibus te: qꝛ oculi tui ſup eos
τ aures tue ī preces eoꝝ. Miſericor
dia mea τ refugium meum: ſuſcep/
tor meus τ liberator meus: ſic tuno/
rem adhibe mihi vt amorē ſubinfe/
ras: ſic irroga metum vt tui augeas
deſideriū: ſicqꝫ me pticipē timentiū
te: vt τ cuſtodientiū mandata tua fa
cias: vt p timorꝭ ſeruitutē ad amorꝭ
ptingere merear gratiam. Inuoco te
deus meus inuoco te: qꝛ ꝓpe es om/
nibus inuocantibus te: ſed inuocan/
tibus in veritate. Tu em̄ veritas es: K
doce me queſo clementiā tuā ſancta
veritas īuocare: quia quomodo hoc
fieri oporteat neſcio: ſed doceri a te
btā veritas humiliter imploro. Abs
te ſapere deſipere eſt: te xp̄o noſſe pfe
ctū eſt ſcire. Erudi me o diuina ſapiē
tia: τ doce me legē tuā. Credo ſanc:
qꝛ quē tu erudieris beatus eſt: τ de
lege tua docueris eū. Deſidero inuo
care te: qđ q̄ſo vt fiat ī vitate. Quid
eſt in veritate vocare veritaē niſi in
filio patrē? Ergo ſancte pater ſermo
tuꝰ veritas ē: principiū vborū tuoꝝ
veritas. Hoc q̄ppe eſt verboꝝ tuoꝝ
principiū: qđ in principio erat vbū.
In ip̄o principio te ſūmū adoro pn
cipiū: in ip̄o veritatis verbo te perfe
cta inuoco veritas: vt in ip̄a tandem
dirigas me: τ doceas ī vitate. Quid
em̄ dulcius ꝙ̄ genitorē in noīe vni/
geniti exorare patrē: recordatione fi
lij ad pietatē flectere: regē chariſſime
prolis deuotatiōe mitigare? Sic rei
ſolent carceribus eripi: ſic mancipati
vinculis liberari: ſic triſtē capitis ex/
cipientes ſententiā: nō ſolū vitā: ſed
inſup nanciſci inſolitā gratiā: dūmo
do iratis patribus dilecte proles īti/
mauerint charitatē. Sic delinquen/
tes ſeruuli euadunt ſupplicia dn̄oꝝ:
dū pro eis interuenit dulcedo filioꝝ.
Sic te pater om̄ipotens p om̄ipoten
tis filij tui poſtulo charitatē: educ de
carcere aīam meā ad confitēdū no/
mini tuo: libera me a vinculis pecca
torū: p coeternū tibi vnicum flagito
natū: meqꝫ cui ꝓpria merita letabi/
lem minant ſententiā: pcioſe ad dex
terā tuā conſedentis prolis interpel
latōe reſtaura placatꝰ ad vitā. Quē

aliũ eñ dirigã intercessorẽ ꝑ me ti/
bi nescio:nisi hunc q̄ est peccatis no/
stris ꝓpitiatio: qui sedet ad dexteraꝫ
tuã:qui etiã cõmuni sibi gloria pieta
L tẽ tuã interpellat ꝓ nobis. Ecce ad/
uocatus meus apud te deũ ⁊ patrẽ:
ecce pontifex sũmus qui nõ eget ali/
eno expiari sanguĩe: qꝛ ꝓprio fulget
ꝑfusus cruore. Ecce hostia sãcta be/
neplacẽs ⁊ ꝑfecta in odorẽ suauita/
tis ⁊ oblata ⁊ accepta. Ecce agnꝰ si/
53. ne macula q̄ se corã tondẽtibus ob/
mutuit: qui plagis cesus: sputis illi/
tus: ꝓbris affectꝰ os suũ nõ aperuit.
En qui peccatũ nõ fecit:peccata no/
stra ꝑtulit: ⁊ languores nostros suo
liuore sanauit. Aspice pie pater pijs/
simũ filiũ tuũ ꝑ me taꝫ impio passũ.
Respice pater clemẽtissime eũ q̄ pa/
titur: ⁊ reminiscere benignꝰ ꝓ q̄ pati
tur. Nõne hic ẽ ille innocẽs mi dñe:
quẽ vt seruũ redimeres: filiũ tradi/
disti? Nũq̄d nõ auctor vite hic est:
qui vt ouis ad occisionẽ ductus tibi
qꝫ obediẽs vsqꝫ ad mortẽ factꝰ: atro
cis nõ timuit necis subire genꝰ? Re/
cole totius salutis dispositor: qꝛ hic
ipe ẽ quẽ etsi ex tua virtute genuisti:
mee tamẽ infirmitatis ꝑticipem fieri
voluisti. Uere hec ẽ tua deitas que
meã induta naturaꝫ crucis ascendit
patibuluꝫ: qui assũptaqꝫ carne triste
tulit supplicium. Reduc deus meus
oculos maiestatis sup opus ineffabi
lis pietatis: intuere dilectũ natuꝫ to
to corpore extẽsum: cerne manus in/
nocuas pio manantis sanguine: ⁊ re
mitte placatus scelera que patraue/
D runt manus me. Considera latꝰ cru/
deli fossum cuspide: ⁊ renoua me sa/
crosancto fonte illo quẽ inde fluxisse
credo. Uide ĩmaculata vestigia que
non steterũt in via peccatoꝝ: sed sem
per ambulauerunt in lege tua: diris
confixa clauis: ⁊ ꝑfice gressus meos
ĩ semitꝭ tuis: fac me odio habere om
nẽ viam iniquitatis: viam iniquita/
tis misericors amoue a me: facqꝫ me
propitius viã ỽitatis eligere. Oro

te rex seculoꝝ ꝑ hũc redẽptorẽ meũ:
fac me currere viam mandatorũ tu/
orum: vt ei valeam spiritu vniri qui
non horruit mea carne vestiri. Nun
quid non attẽdis pie pater adolescẽ
tis filij charissimũ caput niuea ceruí
ce deflexa: ꝓciosa resolutum in mor/
te? Aspice mitissime conditor dilecte
sobolis humanitatẽ: ⁊ miserere super
infirmi plasmatis debilitatẽ. Cãdet
nudatum pectus: rubet cruentum la
tus: tensa arent viscera: decora lan/
guẽt lumina: regia pallent ora: pro/
cera rigẽt brachia: pendẽt crura mar
morea: rigat terebratos pedes san/
cti sanguinis vnda. Specta gloriose
genitor gratissime ꝓlis lacerata mẽ/
bra: ⁊ memorare benignus que mea
est substantia. Conspice dei hominis
penam: ⁊ releua conditi hominis mi N
seriam. Uide redẽptoris suppliciuꝫ:
⁊ remitte redempti delictuꝫ. Hic est
domine mi quẽ ꝓpter peccata popu
li tui ꝑcussisti: licet ipe sit dilectus in
quo tibi bene complacuisti. Hic est il
le innocens in quo dolus inuẽtꝰ nõ
est: ⁊ tamẽ cum iniquis reputatus ẽ.
Quid ꝯmisisti dulcissime puer vt sic
iudicareris? Quid cõmisisti amãtissi/
me iuuenis vt sic tractareris? Quid
scelus tuũ: que noxa tua: que cã mor
tis: que occasio tue dãnatiõis? Ego
eñ sum tui plaga doloris: tue culpa
occisiõis: Ego tue liuor passiõis: tui
cruciatus labor. Ego tue mortis me
ritum: tue vindicte flagitiũ. O mira
bilis cẽsure cõditio: ⁊ ineffabilis my
sterij dispositio: peccat iniquus: ⁊ pu
nitur iustus: delinquit reus ⁊ vapu
lat innocens: offendit impius: dãna/
tur pius: qđ meretur malus: patitur
bonus: quod ꝑpetrat seruꝰ: exoluit
dominus: quod cõmittit homo: susti
net deus. Quo nate dei: quo tua de/
scendit humilitas: quo tua deflagra/
uit charitas: quo ꝓcessit pietas: quo
excreuit benignitas: quo tuus attigit
amor: quo ꝑuenit compassio? Ego
eñ iniq̄ egi: tu pena mulctaris. Ego

facin⁹ admisi: tu vltiõe plecter῀: ego crimẽ edidi: tu torture subijcer῀: ego supbiui: tu humiliar῀: ego tumui: tu attenuaris: ego inobediens extiti: tu obediens patri scelus inobediẽtie luis: ego gule parui: tu inedia afficeris: me ad illicitũ rapuit concupiscentia ardorem: te pfecta charitas ducit ad crucẽ: ego psumpsi vetitum: tu subijsti eculeũ: ego delector cibo: tu laboras in patibulo: ego fruor delitijs: tu laniaris clauis: ego pomi dulcedinẽ: tu fellis gustas amaritudinem: mihi reo ridens congaudet Eua: tibi pie plorans compatitur maria. Ecce rex gloriose: ecce impietas mea: ꝛ claret tua pietas: en mea iniusticia: ꝛ tua liquet iusticia. Quid deus me⁹ ꝛ rex meus? Quid retribuã tibi pro oĩbus que retribuisti mihi? Nõ eñ inueniri potest in corde homĩs qđ cõdigne talibus referatur pmijs: Nũquid potest sagacitas machinari humana cui cõparet miseratio diuina? Nec est creature moliri officiuꝫ quo iuste creatoris recompẽset psidium. Est autẽ nate dei in hac tua admirabili dispositiõe: cui mea fragilitas in aliquo suppeditet: si tua visitatione compuncta mens carnẽ suam crucifigat cum vitijs ꝛ concupiscentijs. Et si hoc a te concedit: quasi iam tibi incipit compati vl' viuere: quia ꝛ tu ꝓ peccatoribus dignat⁹ es mori: sicq̨ per interiorẽ victoriã te duce armabitur ad exteriorẽ palmaꝫ: qua deuicta persecutione spiritali nõ feratur pro amore tuo subijci gladio materiali: Ita exiguitas conditionis si tue complaceat pietati: magnitudini valebit pro viribus respondere conditoris. Et hoc celestis medicine bone iesu: hoc tui antidotum amoris. Oro te per ãtiquas misericordias tuas: infunde meis visceribus vt reiecta viperee contagiõis labe: reintegret me incolumitati pstine: quo gustato nectare tue suauitatis: faciat me illecebrosa mundi ꝓspera toto affectu despicere: ꝛ nulla ei⁹ aduersa pro te formidare: memor q̨ perpetue nobilitatis semp fastidiam ventos hui⁹ transitorij timor῀. Nihil queso sine te mihi dulcescat: nihil complaceat: nihil preciosuꝫ: nihil preter te mihi arrideat speciosum: vilescant obsecro abs te mihi oĩa: sordescãt vniuersa: qđ tibi aduersum est: ꝛ mihi molestum sit: ꝛ beneplacitũ indeficiens desiderium: tedeat me gaudere sine te: ꝛ delectet me tristari pro te. Sit mihi nomen tuũ refocillatio: ꝛ memoria tua mea consolatio: fiant mihi lachryme mee panes die ac nocte: tuas inuestigando iustificationes: sit bonũ mihi lex oris tui sup milia auri ꝛ argenti: sit obedire tibi amabile: resistere execrabile. Rogo te spes mea per oĩes pietates tuas vt propitieris oĩbus iniquitatibus meis. Adaperi aures meas mãdatis tuis: ꝛ ne declines flagito per nomen sanctum tuũ in vba malicie cor meũ ad excusandas excusationes in peccatis. Peto etiaꝫ per admirabilem humilitatẽ tuam: non veniat mihi pes supbie: ꝛ man⁹ peccatoris non moueat me. Ecce omnipotẽs deus pater domini mei: dispone benign⁹ quo mihi miseraris: quomodo quicquid preciosi⁹ inueni: deuote tibi obtuli: quicquid charius reperi: suppliciter psentaui: nihil mihi reliqui quin tue exposuerim maiestati: nihil iam superest quod adijciam: quia totam tibi delegaui spem meã. Direxi tibi aduocatũ meum: tuuꝫ dilectum filiuꝫ: misi gloriosam progeniem inter me ꝛ te mediatorẽ. Misi inquã intercessorem per quẽ confido veniaꝫ: misi verbis: quia pro meis dixi missum factis: enumeraui sanctissime tibi sobolis morteꝫ quã pro me fuisse credo perpessam. Credo a te missam deitatẽ: nostraꝫ suscepisse humanitatẽ: in qua dignũ duxit vincula: alapas: sputa irrisionesq̨ pferre: necnon cruceꝫ clauosq̨ suscipere. Hanc olim infantie vagitib⁹ demo-

litam: puericie pannis astrictam: sudoribus vexatam: ieiunijs maceratam: vigilijs afflictam: itineribus fessam: post affectam flagris: laceratam suppliciis: deputatã cũ mortuis. Ditatam vero gloria resurrectionis: celorum gaudijs induxit: et in dextera tue celsitudinis collocauit.

B Tu placatio mea et ꝓpitiatio mea hic intende pius quomodo genuerĩ filium: et quem redimeris seruum: hic aspice factorem: et ne despicias facturam: amplectere serenus pastorem: et recipe misericors allatã proprijs humeris ouem. Hic ipe est fidelissimus pastor ille qui dudum errabundam ouẽ per abrupta montium: precipitia vallium multis quesierat: varijsqꝫ laboribus: quiqꝫ iam morienti iam per longa exilia deficienti: tandem inuẽte gaudẽs se suppõit: et miro sibi adnisu charitatis innixam de confusionis abysso leuauit: pijsqꝫ coastrictam complexibus ad nonagintanouem vnam que perierat deportauit ouẽ. Ecce domine mi rex omnipotens deus: ecce pastor bonus refert tibi ouem quam cõmisisti ei. Suscepit te disponente ad saluandum hominẽ quem tibi restituit omni labe immunẽ: ecce tibi tuũ charissimus plasma filius reconciliat: quod a te procul deuiauerat: En gregi tuo mitis pastor reformat quod predo violẽtus abegerat: reddit tuis conspectibus seruũ: quem sua propria fecerat conscientia fugitiuũ: vt qui per se penã meruit: per factorẽ mundi mereatur veniã: quiqꝫ pro culpis suis sperabat gehennam: tanto duce iam confidat reuocari ad

S patriam. Potui per me te sancte pater offendere: sed nõ potui per me te mihi placare: factus est adiutor meus tuus dilectus filius: meam participans humanitatẽ vt curaret infirmitatẽ: quatenus vnde culpã emiserat offensionis: inde tibi immolaret sacrificiũ laudis: meqꝫ per hoc tue redderet pietati placabilem: quo sedens ad dexteram tuã semper mee substantie ostenderet esse consortem. Ecce spes mea: ecce tota fiducia. Si me ꝓ mea vt dignum est despicis iniquitate: respice saltem misertus in me pro dilecte sobolis charitate: in filio attende quid propitieris in seruo. Uide carnis sacramẽtum: et carnis remitte reatum: recole quod bonus perpessus ẽ filius: et obliuiscere qđ malus operatus est seruus. Quotiẽs beate ꝑlis tibi saucia patent vulnera: delitescant obsecro vulnera mea: quotiens rubet preciosus sanguis pio de latere: deleatur supplico tabes mee pollutiõis: Et quia te caro lacessiuit ad iram: caro te inflectat precor ad misericordiam: vt sicut me caro seduxit ad culpam: caro deducat ad veniam. Multum quippe est qđ mea meretur impietas: longe autem maius est quod redemptoris mei possit pietas: magna enim est mea iniusticia: multo vero maior redemptoris mei iusticia. Quanto enĩ superior est deus homine: tanto mea malicia est inferior bonitate eius: vt qualitate ita etiam quantitate. Quid enim delinquere posset homo: quod non dei filius redimeret factus homo? Que tantum superbia tumeret: quam nõ tanta humilitas sterneret? Quidnã esset mortis imperium: quod nati dei non destrueret crucis suppliciũ? Nimirum deus meus si equa lance iniqtas peccantis hominis et redimentis gratia libretur auctoris: non tantum oriens distat ab occidente: seu inferior separatur ĩfernus a sũmo celi cardine: quantũ pietas redemptoris superat maliciam peccatoris.

T Iã lucis optime creator: iã culpis igsce meis ꝑ dilecti filij tui laboribꝰ ĩmẽsis. Iã queso eius pietati mea ĩpietas: eiꝰ modestie mea puersitas: et mãsuetudini donet ferocitas. Iã sua hũilitas meã supbiã: patiẽtia eiꝰ meã ĩpatientiã: benignitas duriciã: obediẽtia inobediẽtiã: tranqllitas inqe

tudinem: dulcedo amaritudinē: sua/uitas iram: charitas lucrifaciet cru/delem obstinaciā. Jam diuini amor numinis patris omnipotētis prolisq́ȝ beatissime sancta cōmunicatio: paraclite sancte spiritus: merentiū clemētissime cōsolator: spiritus alme: iam cordis mei penetralibus potenti il/labere virtute: et tenebrosa q̄q́ȝ ne/glecte lucis latibula luminis corusci fulgore pi⁹ ĩhabitator letifica: tuiq́ȝ roris abūdātia longo ariditatȝ marcescentia squalore visitando fecun/da: Saucia interioris hominis arcana: tui amoris iaculo: et tepentis iecoris medullas: flammis salutarib⁹ pe/netrando succende: sanctiq́ȝ feruoris igne illustrando: mētis et corpis vni/uersa depasce. Pota me tue volūta/tis torrente: vt iam nihil mundanorū degustare libeat venenate dulce/dinis: Judica me et discerne de gen/
V te non sancta causam meā: Doce me quia deus meus es tu facere volun/tatē tuam. Credo ergo: quēcunq́ȝ ĩ/habitaueris: in eo patris ac piter fi/lij domiciliū condis. Beatus qui te merebitur hospitē habere: quoniam per te pater et filius apud eū facient mansionē. Ueni iaȝ: veni benignissi/me dolētis aĩe ꝯsolator: in inoportu/nitatibus et tribulatiōibus adiutor. Ueni mundator sceleris: curator vul/neris: Ueni fortitudo fragiliū: rele/uator labentium: veni doctor humi/lium: destructor superborū: veni or/phanoꝝ pius pater: Consolator mi/serorū: viduarum dulcis iudex: veni spes pauperuȝ: refocillator deficien/tiū: Ueni sydus nauigantium: por/tus naufragantium: Ueni o oīm vi/uētiuȝ decus singulare: morientium vnica salus. Ueni sanctissime spiri/tuū: veni et miserere mei. Apta me ti/bi et condescende propitius mihi: vt mea tue magnitudini exiguitas: tuoq́ȝ robori mea imbecillitas ꝭm tuaꝝ multitudinem complaceat miserati/onū. Per iesum etc.

m Jserere domine famulis et fa/mulabus tuis. N. et dirige ac/tus eoꝝ quotidie in bonum: et omīa peccata eoruȝ dimitte: et mitte in cor eoꝝ talē intellectum: vt ex toto corde tibi fideliter seruiant et tibi placeant: et omī tēpore in tuo sancto ser/uitio permaneant. Per.

f Amulos et famulas tuas que/sumus domine: fratres et soro/res meos omnesq́ȝ debitores meos corpore pariter et mente purifica: vt in tua inspiratiōe compuncti: no/xias delectationes vitare ꝑualeant. Per dominū nostrum iesū christū.

Dignus est mercennarius vel ope/rarius mercede sua: orationibus tuis credit et optat iuuari: et sarcina pec/catorum a te subleuari. Per.

Beati Anselmi liber meditationū: explicit.

Capitulorum libri de meditatione redemptionis generis humani beati Anselmi Annotatio.

Beati Anselmi de medita/tione redemptiōis generis humani liber incipit.

Que sit virtus saluationis et vbi: Ca.I.

Prima christiana: aīa ꝺ graui morte r̄suscitata: aīa de misera ſuitute christi sanguine redēpta ꝛ liberata: excita mentem tuam: memento resuscitationis tue: recogita redemptionem ꝛ liberationē tuā: retracta vbi ꝛ que sit ꝟtus saluationis tue: versare in meditatiōe eius: delectare in ꝯtēplatiōe eius: excute fastidiū tuū: fac vim cordi tuo: intende in hoc mētem tuaꝫ: gusta bonitatē redēptoris tui: accendere in amorem saluatoris tui: mande fauū verborūꝫ: suge plus q̄ͅ mellitū saporē: gluti salubrē dulcorē: mande cogitando: suge intelligendo: gluti amando ꝛ gaudēdo: letare mandendo: gratulare sugendo: iocundare glutiendo. Ubi ergo ꝛ q̄ est ꝟtus ꝛ fortitudo saluatoris tui? Certe christus te suscitauit: Jlle bonus samaritanꝰ te sanauit: Jlle bonꝰ amicus anima sua te liberauit: Christus inquā. Ergo virtus saluationis tue: virtus est christi. Ubi est hec virtus christi? Utiqꝫ cornua in manibus: Jbi abscōdita est fortitudo eiꝰ. Cornua quideꝫ in manibus eius: qꝛ brachijs crucis confixe sunt manus eius. Que aūt fortitudo in tāta infirmitate? Que altitudo in tāta humilitate? Quid venerabile in tanto ꝯtemptu? Sed certe iō absconditūꝫ: qꝛ in infirmitate: et ideo celatū: qꝛ in humilitate: Jdeo occultū: qꝛ in ꝯtēptu. O fortitudo abscondita: hominē in cruce pēdentē suspendere mortē eternaꝫ: genus humanū ꝓmentē: hoīem in ligno confixū: defigere mūdū ꝑpetue morti affixū. O celata potestas: hoīeꝫ damnatū cū latronibꝰ: saluare hoīes ꝺānatos cū demōībꝰ: hoīem ī patibulo extensū oīa trahere ad seipm̄. O virtus occulta: vnaꝫ aīam emissam ī tormēto: innūerabiles extrahere de īferno: hoīeꝫ mortē corꝑis suscipe: ꝛ mortē aīaꝝ ꝑimere.

Cur sit occultata ꝛ tam diu dilata: Ca. II.

